# De concentu trium Aristotelis de voluptate commentationum priorisque Nicomacheorum fide

scripsit

**Dr. Sylvius de Monsterberg-Münckenau.**

Abhandlung zu dem Programme

des

**Königl. König-Wilhelms-Gymnasiums zu Breslau.**

**Ostern 1889.**

1889 Progr. No. 169.

Breslau.

Druck von Otto Gutsmann.

# De concentu trium Aristotelis de voluptate ommentationum priorisque Nicomacheorum fide.

Trium quae exstant Aristotelis de voluptate commentationum th. Nic. VII, 12—15 p. 1152b 1—1154b 34; X, 1—5 p. 1172a 9—1176a 29; rhet. I, 11 p. 1369b 33—1372a 3) rhetoricorum ım utraque ethicorum adeo non convenire videtur, ut quicunque uius philosophiae Aristoteleae partis studiosi sunt[1]), Trendelenburgii[2]) uctoritatem secuti ad unum omnes Platonicam, non suam sententiam a proferre philosophum sumendum sibi esse putaverint. De ethiorum viri docti inter se dissident: alteri longe abhorrere priorem posteriore iudicant (Fr. Schleiermacher, Werke zur Philosophie I . 306; L. Spengel, Aristotelische Studien I p. 29; Alb. Max. Fischer, l. p. 13; H. Fritzsche, l. l. p. XXXIV; H. Rassow, G. Kaas l. l.), lteri conciliari inter se eas posse neque esse ita intolerabilem disrepantiam: esse discrepantiam ne hi quidem negandum esse existim ıt Chr. Pansch, J. Bendixen, H. Anton, C. W. Schmidt, J. Wiggert). Quorum quid quisque de ea re senserit si quis accuratius cognoscere elit, et Bendixen et Wiggert et Kaas plurimorum iudicia argunentaque congesserunt, ut uno quasi conspectu ea videat. Cum utem illi priorem disputationem Aristoteli abiudicandam esse ceneant et Eudemo assignandam, hac quaestione implicatur altera, utrum Nicomacheorum an Eudemiorum proprii sint libri tres ambobus comounes (liber V., VI., VII. Nicomacheorum, IV., V., VI. Eudemiorum). t enim ex libri ethicorum Nicomacheorum septimi capitibus ultimis uattuor illa quaestio, cuius per dimidium iam saeculi viri docti atagitant, quondam fluxit, ita, quicunqne in ea operam collocaverunt, terum atque iterum ad ea redeunt et quamvis multa in antecedenibus quoque habeant vel habere sibi videantur, in quibus offendatur, ravissima propter quae libros sive tres omnes sive VI. tantum et

VII. in suspicionem vocent argumenta repetiverunt ex libri VI capitibus XII.—XV.

Quod autem quam viam ad auctoritatem eorum librorum communium indagandam Leonhard Spengel quondam commendavit, in Aristotelis consuetudinem sermonis inquireremus, ea exitu adhuc habuit nullum, cum ab Euckenio, Webero, aliis[3]) diligenter accurateque inita sit non ab iis quidem ad rem nostram ipsam spectantibus, eo magis habemus, cur alteram rationem excipiamus veterem ut res penitus perscrutemur earumque continuationem et seriem dubiorumne argumenta librorum trium ex firmorum nexa et omn. inter se apta colligataque esse videantur.

Quoniam autem altera quaestio ab altera segregari non potest primum necessarium erit quid Aristoteles voluptatem esse voluerit ex commentariis illis tribus statuere, deinde quae ratio inter eos intercedat videre. Ex ea de eth. Nic. VII, 12—15 fide iudicare poterimus. Et quia quaedam neque ea omnia levia non animadversa quaedam minus recte percepta mihi videntur esse et ab iis qui priores ethicorum disputationem Aristoteli assignant et ab iis qui abiudicant et in rhetoricis ab omnibus, de integro rem tractare licitum mihi concessumque sit cum bona eorum virorum doctorum venia, qui ante me de eadem re optime meriti sunt.

Proinde in primis ex posteriore Nicomacheorum commentatione quid Aristoteles voluptatem esse senserit rimemur. Nam in praesentia id quidem est tenendum eam unam a criticis nobis relictam esse intactam, ex qua vera philosophi de voluptatis natura sententia eruatur, postquam Panschium[4]), qui solus eam reiecerat, iam dudum refutavit Spengel[5]). Tum demum in auxilium vocemus rhet. I, 11 ceterosque locos, qui sunt de nostra re, qui quidem certo sint Aristotelis, ut, quoad eius fieri potest, certa inquisitionis nostrae iaciamus fundamenta.

## A. De posteriore Nicomacheorum commentatione (X, 1—5 p. 1172 a 19—1176 a 29).

Quocirca opportune accidit, quod posterior illa ethicorum disputatio multo est praestantior, et copiosior et accuratior, ut ex hac certa philosophi sententia semel pure evicta spes sit, quid de ceteris locis aestimandum sit nos iudicare posse. Quamquam valde erret, si quis omnia, quae de voluptatis natura senserit, integra perfectaque ea philosophum praebere nobis putet; vestigia exstare videbimus ad

›m operis, quod actionem et officium spectat, aptasse scriptorem teriam subtilioraque propterea et remotiora quaedam praeterisse, ıe in aliis operibus in contemplatione occupatis legimus, ut ne in ıc quidem non quadret, quod a quibusdam adhuc de rhet. I, 11 ıtum dictum est. Prorsus consentanea ea res est ipsius Aristotelis monitioni illi ex industria frequentatae[6]), quam iniuste Rassow[7]) licat. Nec praecipiam tamen, concluditor et efficitor ratio. Sic tem libri X. primis V capitibus agitur, ut primo cur de hac re agendum, secundo quid alii philosophi de ea senserint, tertio, arto, quinto quid ipse censeat exponatur.

Ab hac tertia parte nos proficiscimur, quippe quae caput rei ntineat.

Eth. Nic. X, 3 p. 1174ᵃ 13—19 *Τί δ' ἐστὶν ἢ ποῖόν τι, κατα-νέστερον γένοιτ' ἂν ἀπ' ἀρχῆς ἀναλαβοῦσιν. δοκεῖ γὰρ ἡ μὲν ὅρασις θ' ὁντινοῦν χρόνον τελεία εἶναι· οὐ γάρ ἐστιν ἐνδεὴς οὐδενός, ὃ ὕστερον γενόμενον τελειώσει αὐτῆς τὸ εἶδος. τοιούτῳ δ' ἔοικε καὶ ἡδονή· ὅλον γάρ τί ἐστι, καὶ κατ' οὐδένα χρόνον λάβοι τις ἂν ονὴν ἧς ἐπὶ πλείω χρόνον γινομένης τελειωθήσεται τὸ εἶδος.*

Cum *τῇ ὁράσει* igitur comparat *τὴν ἡδονήν*, *ἡ ὅρασις* autem ἐργειά *τις* dicitur metaph. VIII, 6 p. 1048ᵇ 33. Ergo si non dicit ·istoteles voluptatem *ἐνέργειαν*, certe cum quadam eam comparat, si non praestat plane, quod verba *τί δ' ἐστὶν* promittunt, non certa et sta definitione rem determinans, tamen quodam modo praestat. eliore autem iure cum ulla alia re eum voluptatem conferre non tuisse premendamque esse illam comparationem postea viderimus. ›rro ut *ἡ ὅρασις* est *ἡ ἡδονὴ* quoque *ὅλον τι* et *τελεία τὸ εἶδος*. ›co autem modo laudato v. 18—36 posuit philosophus perfectas at-:e absolutas notione esse omnes tales *πράξεις*, quae non finis ullius .usa sint, sed sibi ipsae sint finis easdemque *ἐνεργείας* dici, quae sint ·l *ὧν ἐστι πέρας*, eas esse *κινήσεις* semperque *ἀτελεῖς*. Nota igitur, ıa addita *πρᾶξις* fit *ἐνέργεια*, id est nota ut logici dicunt naturalis *ἐργείας* de voluptate praedicatur neque quicquam aliud nisi *τὴν* ·*ονὴν πρᾶξίν τινα εἶναι* huic iustae conclusioni deest:

omnes *πράξεις τελεῖαι το εἶδος* sunt *ἐνέργειαι*,<br>
*ἡ ἡδονὴ* est *πρᾶξίς τις τελεία τὸ εἶδος*,<br>
*ἡ ἡδονὴ* est *ἐνέργεια*.

An vero nimis ruimus, si supponamus *τὴν ηδονὴν* Aristotelem *ρᾶξίν τινα* si non nominasse, tamen censuisse? Quid, verebimurne qua neralior notio non est, quippe in quam exeat series per subordina-ıonem notionum, actionem de voluptate philosophum praedicare

assumere, ut propositio illa quam supra posuimus minor eva.. Ne plus, equidem minime contendere dubito Aristotelem in hac c mentatione non aliter atque in priore voluptatem *ἐνέργειαν* intelle.. praeterquam quod id ibi ipsis verbis exprimit, hic non. Atqui hoc in quo praecipue viri docti offenderunt, quod in VII. libro volu *ἐνέργεια* appellatur, in X. non item. Quamquam fac id obstac.. hoc quidem argumento non iam plane sustulisse me videri, atta labefeci et postea in eandem rem penitius inquiremus.

Quae capitis huius supersunt (1174 a19 — b14) in praesens mi facimus. Quale vel quid sit voluptas quaerere pergit Aristoteles p. 1174 b14 — v. 23.

*Αἰσθήσεως δὲ πάσης πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐνεργούσης, τελείως δὲ εὖ διακειμένης πρὸς τὸ κάλλιστον τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν· τοιοῦτον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ ἡ τελεία ἐνέργεια· αὐτὴν δὲ λέγειν ἐνεργεῖν, ἢ ᾧ ἐστί, μηθὲν διαφερέτω· καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἡ ἐνέρ τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν· αὕτη δ' τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη· κατὰ πᾶσαν γὰρ αἴσθησίν ἐστιν ἡδο ὁμοίως δὲ καὶ διάνοιαν καὶ θεωρίαν, ἡδίστη δ' ἡ τελειοτάτη, τελειοτ δ' ἡ τοῦ εὖ ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὐτήν.*

Ut supra a muneris functione *ὁράσεως* exempli loco, sic hic *αἰσθήσεως*, quae illam continet, item pro exemplo *ἐνεργειῶν* p ficiscitur, quam ob rem postea ad *ἐνέργειαν* transit. Postquam q perfecta et perfectissima perceptio vel muneris functio sit praem eandemque suavissimam esse dixit, pergit *κατὰ πᾶσαν γὰρ αἴσθ ἐστιν ἡδονή* e. q. s. Neque vero omnem *ἐνέργειαν* consecution afferre voluptatis modo intelligi vult, sed etiam omnem voluptat in successione alicuius *ἐνεργείας* esse, neque enim alia genera adhi et ipsis verbis ponit 1175a 20 *ἄνευ τε γὰρ ἐνεργείας οὐ γίνεται ἡδο* Nisi autem *κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν τελείαν* intellegemus, et argum tationis cursus interrumpetur, cum ante de perfectis perceptioni actum sit, neque cum veritate concinet, aut medium quem dic sensum voluptatis vocabulum hic sonare dicendum erit. Simul appa aliud genus perfectionis ac supra agi, illud prius fuit *κατ' εἶ* hoc *κατ' ἀρετήν*; *κατ' εἶδος* omnis *ἐνέργεια* perfecta est omnem sequitur *ἡδονή* vel *λύπη*, *κατ' ἀρετὴν* non omnis, quae autem ta sunt, eas *ἡδονή* sequitur.

Cum autem voluptatis successionem affert et *αἴσθησις* et *δι νοια* et *θεωρία*, ex tribus animis ab Aristotele distinctis[8]) conjun est cum sentiente[9]) et cogitante, abhorret a nutriente vel vegetar

In omnibus igitur animalibus voluptas et dolor hominibus communia sunt[10]. *Διάνοια* vero et *θεωρία* sunt *τῆς ψυχῆς νοητικῆς* et am *τὴν θεωρίαν*, cui Zeller[11] nomen *νῷ ποιητικῷ* indidit, sequi voluptatem contra locos alios[12] et noster ostendit et alii[13]. Habemus tur genera voluptatis *ἀπ' αἰσθήσεως, ἀπὸ διανοίας, ἀπὸ θεωρίας* et ae Aristoteles verbis proxime perhibitis docuit. sic paucis complecti ssumus:

a. *αἴσθησις, διάνοια, θεωρία πᾶσα πρὸς τὸ αἰσθητόν, διανοητόν, θεωρητὸν ἐνεργεῖ.*

   *α. κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν, διάνοιαν, θεωρίαν ἐστὶν ἢ ἡδονὴ ἢ λύπη.*

b. *τελεία (κατ' ἀρετὴν) αἴσθησις, διάνοια, θεωρία πᾶσα εὖ διακειμένη ἐστὶ πρὸς τὸ κάλλιστον αἰσθητόν, διανοητόν, θεωρητόν.*

   *β. κατὰ πᾶσαν τελείαν αἴσθησιν, διάνοιαν, θεωρίαν ἐστὶν ἡδονή.*

c. *τελειοτάτη* (s. *βελτίστη*) *αἴσθησις, διάνοια, θεωρία ἄριστα* (22 *εὖ*) *διακειμένη ἐστὶ πρὸς τὸ κράτιστον (κάλλιστον) τῶν ὑφ' αὑτάς.*

   *γ. κατὰ τὴν τελειοτάτην αἴσθησιν, διάνοιαν, θεωρίαν ἐστὶν ἡ τελειοτάτη (κατ' ἀρετὴν) ἡδονή.*

Neque vero *ἕξεις* aut *κτήσεις* intellegere Aristotelem, cum *ἴσθησιν, διάνοιαν, θεωρίαν* sequi voluptatem dicit, sed *ἐνεργείας* eque satis accurate distinxisse initio sensum duplicem efficitur et ide, quod voluptas ut pars *τῆς εὐδαιμονίας*, quae neque *ἕξις* neque *τῆσις*, sed *ἐνέργεια* est, non in facultatibus, sed in earum functionius posita sit necesse est, et quod ipse philosophus postea rectius *ἐνεργείας* voce utitur, quamquam ne tum quidem sibi constat.

Ergo accuratius iam sic statuimus:

a. *αἴσθησις, διάνοια, θεωρία πᾶσα πρὸς τὸ αἰσθητόν, διανοητόν, θεωρητὸν ἐνεργεῖ.*

   *α.* 1. *κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν, διάνοιαν, θεωρίαν ἡ ἐνεργοῦσαν ἐστὶν ἢ ἡδονὴ ἢ λύπη.*

   2. *κατὰ πᾶσαν ἐνέργειάν ἐστιν ἢ ἡδονὴ ἢ λύπη.*

b. *τελεία (κατ' ἀρετὴν) ἐνέργεια καθ' ἕκαστον εὖ διακειμένης αἰσθήσεως, διανοίας, θεωρίας πρὸς τὸ κάλλιστον αἰσθητόν, διανοητόν, θεωρητόν.*

   *β. κατὰ πᾶσαν ἐνέργειαν τελείαν ἐστὶν ἡδονή.*

c. *τελειοτάτη ἐνέργεια καθ' ἕκαστον τῆς ἄριστα διακειμένης αἰσθήσεως, διανοίας, θεωρίας πρὸς τὸ κράτιστον ὑφ' αὑτάς.*

   *γ. κατὰ τὴν τελειοτάτην ἐνέργειαν ἡ τελειοτάτη ἡδονή.*

Quo igitur perfectior qualitate est *ἡ ἐνέργεια*, eo perfectior *ἡ ἡδονή*.

Nutat tamen Aristoteles in gradibus ponendis convenientib[...]
Sed haec hactenus.

Haec supra exscripta excipiunt (1174b 23—33): τελειοῖ δὲ τ[...] ἐνέργειαν ἡ ἡδονή. οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἥ τε ἡδονὴ τελειοῖ κ[...] τὸ αἰσθητόν τε καὶ ἡ αἴσθησις, σπουδαῖα ὄντα, ὥσπερ οὐδ' ἡ ὑγί[...] καὶ ὁ ἰατρὸς ὁμοίως αἴτιά ἐστι τοῦ ὑγιαίνειν (quae sequunt[...] 1174b 26—31, subditicia videntur esse, cf. Ramsauer). τελειοῖ δὲ τ[...] ἐνέργειαν η ἡδονὴ οὐχ ὡς ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγιγνόμεν[...] τι τέλος, οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα.

In quantas salebras incidimus! Quo tandem sensu τελειοῖ τ[...] ἐνέργειαν ἡ ἡδονή, ea magna quaestio est, in qua omnes haesita[...] Atqui res gravissima agitur, nam hoc tantummodo loco ratio int[...] voluptatem et functionem quam sequitur intercedens perstringit[...] alibi [14]) de ea nihil adhibitur nisi ita alteram cum altera coniunct[...] esse, ut separari non possint.

Vox ipsa τελειοῦν idem valeat ac τέλειον ποιεῖν necesse e[...] (cf. Ramsauer ad h. l.), sed τελείου voci subiectam vim esse varia[...] Aristoteles ipse nos docet metaph. IV, 16 p. 1021b 12, ubi [...] quattuor generibus perfectionis haec memorat:

1. τέλειον λέγεται ἓν μὲν οὗ μὴ ἔστιν ἔξω τι λαβεῖν μηδὲ ἓν μόριο[...]
2. τὸ κατ' ἀρετὴν καὶ τὸ τοῦ εὖ μὴ ἔχον ὑπερβολὴν πρὸς τὸ γένο[...]
3. ἔτι οἷς ὑπάρχει τὸ τέλος σπουδαῖον κ. τ. λ.
4. τέλος δὲ καὶ τὸ οὗ ἕνεκα ἔσχατον.

In primis quaestio hic exsistit, qualem perfectionem ἐνέργει[...] nanciscatur bene sese habente et perceptione et re percipiend[...] Neque tamen ulla alia esse potest nisi κατ' ἀρετήν, praestantiore[...] enim functionem eae condiciones reddunt. Ita vero, inquit, τ[...] αἰσθητόν τε καὶ ἡ αἴσθησις σπουδαῖα ὄντα functionem perfecta[...] reddunt, non ἡ ἡδονή: ergo haec non κατ' ἀρετήν, locum enim 1175a 30 b 14, ubi positum est τὴν ἡδονὴν συναύξειν τὴν ἡδονὴν vel ἐξακριβοῦ[...] videri, cum Ramsauero [15]) aspernamur ut ab hac re alienissimum.

Neque magis de tertio genere τελείου cogitandum est, de qu[...] Aristoteles l. l. pluribus disputat. Qui enim τῇ ἐνεργείᾳ voluptas fine[...] extremum afferat, ultra quem ἐνέργεια iam non fiat? Quamquam hau[...] scio, an Schleiermacher [16]) id genus perfectionis mente arripuerit[...] Quoniam autem ita propterea reprehendere philosophum cogitur, i[...] vel ipsum rem haud licere ostendat et iure refutatus est a Brandisio [17] et C. W. Schmidtio [18]).

Tentemus iam τέλος τὸ οὗ ἕνεκα ἔσχατον.

Zeller[19]) quidem hunc sensum τοῦ τελείου in τελειοῦν verbo tentis amplectitur eumque secutus Ueberweg[20]); utrique voluptas nctionem perficit ut σκοπός, finis, Ziel, in quo omnes ἐνέργειαι cquiescant. Utrumque autem refellit Kaas[21]) p. 32. 33, illum his erbis: Für die gesammte Ethik giebt es nur ein Ziel und das ist ie Glückseligkeit, und mehr als ein Ziel müsste ja nur Verwirrung ervorrufen. Ferner schliessen sich Ruhe und Lust vollständig aus, a ja die Thätigkeit Lust und Unlust zur untrennbaren Begleiterin at, hunc sic: Die Ausführung enthält geradezu Verkehrtes. Wie oll denn in diesem Falle das Beispiel „wie zur vollen Reife die ugendschönheit hinzutritt" zu dem früheren stimmen, dass nämlich ur Thätigkeit die Lust als das Ziel oder vielmehr Endresultat hinukommt, in welches sie naturgemäss ausläuft? Kann die Jugendchönheit zur vollen Reife als ein Ziel oder ein Endresultat hinzureten? Der Widersinn ist hervorgerufen durch die falsche Auffassung les Wortes τέλος an unsrer Stelle u. s. w.

Praeclare hoc quidem. Etiam causam recte perspexit. Quarti nim generis τοῦ τελείου Aristotelei vim illi amplexi sunt, ruit autem pse quoque, quod τέλος Vollendung, Abschluss esse vult. Quo sensu erfectionem? Obsecro, quid tendit? Praefamur honorem, in eodem uto haesitamus.

Ergo ne τέλος quidem τὸ οὗ ἕνεκα ἔσχατον approbari potest.

Relinquitur illud primum τέλειον, οὗ μὴ ἔστιν ἔξω τι λαβεῖν μηδὲ ἓν μόριον, οἷον ὁ χρόνος τέλειος ἑκάστου οὗτος οὗ μὴ ἔστιν ἔξω λαβεῖν χρόνον τινὰ ὃς τούτου μέρος ἐστὶ τοῦ χρόνου. Ac primum quidem interestne aliquid inter ἔξω τι et ἓν μόριον an semper illud τὶ partem esse necesse est illius perfecti? Quidquid tale est, ut eo privata res perfecta non sit aut absoluta aut tota, illius totius partem id esse necesse est. Deinde estne ἐνεργείας perfectio, quae ei ex voluptatis accessione fit, talis, ut nullam iam partem ἐνεργείας extrinsecus peti opus sit ad notionis perfectionem?

Non opus esse illi ἐνεργείᾳ quam respeximus adhuc solam supra commemoravimus, dicimus autem illam αἴσθησιν, διάνοιαν, θεωρίαν continentem. Quodsi ad notionem ita constrictam quid accedat, quod perfectionem cogitationis afferat, non illam quidem priorem id perfectiorem reddere consentaneum est, quippe quae iam sit e notione absoluta. Quidquid absolvitur, ea ipsa demum accessione absolvatur necesse est, ergo non functio illa angustior, sed nova quaedam notio, quae e coniunctione demum illius et voluptatis

evadat et utramque uno quasi complexu coërceat. Exstetne talis not apud Aristotelem, ea nunc quaestio nascitur. Sic enim nos stat imus, quidquid de locis Aristoteleis vel concludamus vel coniiciam si modo id consequi poterimus, ex ipsius philosophi sententiis velut ex initiis ac fundamentis esse vel excutiendum vel ratu faciendum.

Quid vero, si re vera occurrit loco certo ipsius auctoris no eiusmodi maior? An fallor in eo, quod eth. Nic. X, 4 p. 1170 a *κυρίως αἰσθάνεσθαι* intellego sensu pleno sentire? Pro quo pon licet *ἐνεργεῖν*, ut supra explicavimus. Quae autem opus sunt plen functioni? Nempe iusta condicio et perceptionis et rei percipiend a qua seiungi nullo modo potest voluptas. Quod nomen illi notio ampliori indidit Aristoteles? *Τὸ ζῆν κυρίως αἰσθάνεσθαι* dicit l. l. par posita pro toto, rectius ib. 1175 a12 *ἡ δὲ ζωὴ ἐνέργειά τίς ἐστι*. Distinguendae ergo sunt notiones duae eodem nomine *ἐνεργείας* signi ficatae: *ἐνέργεια* sensu angustiore, qua *αἴσθησις, διάνοια, θεωρία* con tinentur, et *ἐνέργεια* sensu ampliore, qua comprehenditur vita ips Unde efficitur voluptatem partem esse *ἐνεργείας*, scilicet illius latiu patentis. Ceteroquin nonne mirabile sit, nisi quod *ἐνέργειαν* arctiore in aliam laxiorem efferat, id ipsum quoque sit *ἐνέργεια*?

Sed caveamus, ne ita *ἐπιθυμίας* quoque cogamur *ἐνεργείας* vita partem esse concedere, quas ut voluptatem *αἴσθησιν*, ita ipsas quoqu voluptatem sequi Aristoteles docet[21]). Atqui quid obstet quin etiam de ea re cogitari posse concedamus, coniunctissimam enim rationem inter illa tria intercedere eaque quasi unum quoddam ac totum efficere ex ipsius philosophi verbis manifestum est[14,22]).

Illorum enim trium coniunctione vitae formae videntur effundi omnes. Anima enim iis tribus subest vel potius Aristotele quidem auctore corporis *ἐντελέχεια* vel corpus anima animatum[23]). Per functiones enim foras agit anima suique documentum edit, quo exstans cernitur, causa subest nulla alia nisi facultas corporis *ἐντελεχείᾳ* innata: per appetitum et voluptatem anima agit, cum actionum illarum u suarum sibi conscia fit, per appetitum ante eas opera imaginationis, per voluptatem simul cum iis. Causa vero, qua excitantur, func tiones sunt.

Ergo *κατ' εἶδος* functio sensus constrictioris voluptatis (appetitus non est huius loci) accessione perficitur. Non accedente voluptate actio est simplex, ad animam relata nullam, referri autem eam ad principium conscium prorsus necesse est, quod exstat functio tantummodo qua talis principii functio, quamvis cogitatione quidem etiam

r re neglecta notionem quandam perfectam, cui extrinsecus quicam petere non opus sit, conformare possimus. Accedente igitur mum illa ratione functionis notio iusta ac re vera plena fit.

Quae de perfectione memoravi, hic uno aspectu intueri potes omnia: luptas ipsa perfecta est κατ' εἶδος, consequitur ἐνέργειαν sensus ctioris perfectam κατ' ἀρετήν, reddit eam accedens ἐνέργειαν sensus nplioris perfectam κατ' εἶδος.

De τελείῳ actum est, de ποιεῖν agendum.

Tribus similitudinibus Aristoteles contendit describere quemadodum voluptas illam perfectionem afferat aut quemadmodum non fferat. Quarum prima mirabiliter pugnare videtur cum altera. spernaturne utrumque philosophus, et ὑγιείας et ἰατροῦ? Id quidem rbitratur Ramsauer neque quicquam aliud eum agere putat, nisi t primum diversa causarum genera esse moneat, quo insulsius nihil sse potest, deinde τὸ ὅθεν ἡ κίνησις saltem et omnem causam effiientem a ministerio τῆς ἡδονῆς secludat. At haec est viri docti uina. Verba ipsa nullum alium sensum patiuntur atque opponi inter e τὴν ὑγίειαν et τὸν ἰατρόν, ut τῇ ἡδονῇ opponatur non utrumque, ed alterum tantummodo, alterum aequetur. Quodcum postea (v. 32) ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα reiiciatur, relinquitur ut exemplum aptum ὁ ἰατρός. Quae ratio constat. Cur enim voluptas et medicus aliquam comparationem habeant, non est quod hic causa efficiens quam dicimus, sed quod extera percipi potest, ut et ex contrario elucet et ex verbo ἐπιγίγνεσθαι.

Quod verbum ἐπιγίγνεσθαι duas quaestiones movet, alteram, unde proficiscatur voluptas, ut ita dicam, cum ad τὴν ἐνέργειαν accedat, alteram, quae ratio ea sit, quae inter voluptatem et τὴν ἐνέργειαν exstet cur illa hanc semper consequatur.

Recte, si diis placet, sese habentibus, quae supra explicavimus, sustinere eas nos posse licebit sperare.

Ac primum quidem solum quasi, unde voluptas dolorve exoritur, quotienscunque anima bene egit, ubique ut facultas quiescit, quoad et ipsa quasi experrecta agit, quid aliud esse potest atque anima vel ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ, quae ei aeque ac functionibus subest? Deinde etiam alia necessitudo inter eas intercedat necesse est, qua efficiatur, ut cum ἐνέργεια τελεία κατ' ἀρετὴν sit, voluptas, si minus, dolor ex anima cooriatur, alterutrum utique. Fortuito enim tale quid accidere credi non potest. Vel ex hac constantia societatis coniecerit quispiam alteram alterius causam esse, functione in anima voluptatem excitari. Fortasse vero clarius ut

enucleemus contingit, qualis sit illa ratio, si ad tertium simile agg dimur, quo rem illustrat: *οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα.* Interiorne recondita ratio huic comparationi subest an id quod quidam vol nihil aliud significat ac quod rei alicui positae insuper suo ut dicit Marte semper accedit? Nos quidem id periculum non recusam quin ad reprehendendum apertiores simus, quod in scirpo nod quaerere videamur, neque nobis opus est pervulgatam summam inge aciem decantatamque philosophi arcessere, res ipsa loquatur.

Sed limpida et completa explanatione Aristotelis destituti a dacius confidentiusque coniectura assequi coacti erimus, quo tand iure voluptatem cum *τῇ ὥρᾳ* comparet, conclusionum serie evolver structuram cogitationum, de qua philosophus conticescit. Audact non temere nos egisse satis firmum ad probandum id erit, quod e plicationis filum diligenter consectati in ipsius philosophi cogitat quoddam incidemus, quod eo nomine dumtaxat ponere potuit, qu cursus cogitationis nostro aequus antegressus est.

Quid *τὸ κάλλος* sit, cuius generis est *ἡ ὥρα*, nusquam sa aperte et accurate explanavit Aristoteles, unde quicquam de il societate coniici possit (Zeller p. 765). Ex iis autem, quae de h notione dicit, id quidem effici videtur *τὸ κάλλος*, quamvis in verita rationum quarundam positum sit[24]), qua *κάλλος* non nisi in men iudicante exstare[25]). Itaque aut non aut mente iudicante ad *το ἀκμαίους τῆς ὥρας* notio pertineat. Qua sententia ad nostram re translata: aut non aut mente iudicante ad *ἐνέργειαν τῆς ἡδον* notio pertinet; et constanter quaerimus, quid iudicet anima. D modo exstant, de quibus solis hic agitur: anima alterum, alteru *ἐνέργεια.* Illa iudicat, de hac iudicatur. Est autem iudicare nih aliud atque aliquid ad aliquid aliud referre. Ad quid vero alit referat anima *ἐνέργειαν* atque ad se ipsam? Unde enim tertiu sumat? Ergo utrum sua *ἐνέργεια* sit necne, id anima per voluptate et dolorem iudicat, vel ut magis emergat oratio utrum suae natura consentanea sit.

Sic iam pergit Aristoteles (p. 1174$^b$ 33—1175$^a$ 6): *ἕως ἂ οὖν τό τε νοητὸν ἢ αἰσθητὸν ᾖ οἷον δεῖ καὶ τὸ κρῖνον ἢ θεωροῦ ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή· ὁμοίων γὰρ ὄντων καὶ πρὸς ἄλληλ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐχόντων τοῦ τε παθητικοῦ καὶ του ποιητικοῦ ταὐτ πέφυκε γίνεσθαι.* Ubi integrae duae series inter se respondentes ha sunt: *αἰσθητόν, νοητόν, θεωρητὸν* et *αἰσθανόμενον, διανοούμενον, θεω ροῦν*, Aristoteles autem ex illa enumerat alterum et primum, ex ha alterum et tertium et pro *διανοίᾳ* et *θεωρίᾳ*, quas saepe alias con

uevit, id quod agit ponit, at τῷ διανοουμένῳ substituit τὸ κρῖνον. tem iam manu tenemus: non nisi mente iudicante voluptatem ad νέργειαν accedere. Si vero cui ne nunc quidem persuasum sit eun-em cursum Aristotelis cogitationem pervolasse quem nos supra enuimus, is 1175ᵃ 3—10 inspiciat, ubi ad voluptatem attentio ne-essaria aestimatur, nempe sine qua iudicium fiat nullum, planis autem t apertis verbis idem expressum invenit de anima III, 7 p. 431ᵃ 8, ibi ἡ ἡδονὴ et ἡ λύπη cum καταφάσει et ἀποφάσει comparantur: er voluptatem et dolorem animam ἐνεργείαις se aut positam aut ne-gatam agnoscere, quocum loco conferas Nic. III, 15 p. 1119ᵃ 23; X, 5 p. 1175ᵇ 17. Quam sententiam Fechner (Über den Gerechtig-keitsbegriff des Aristoteles, Breslau 1855 p. 13) sic exprimit: Der Schmerz als Negation der Seele, des Lebens und der Thätigkeit, vernichtet sie. Hic cuipiam multas circa unam rem ambages fecisse videamur, quae alibi manifesta sit, attamen ex ipsa sola X. libri Nico-machecorum disputatione elicere quidquid in ea depositum sit per-multum nostra interfuit.

Ceteroquin nostro loco τὸ κρῖνον non ad διάνοιαν tantum, sed non minus ad αἴσθησιν pertinere notandum est, θεωρίαν autem κρίνειν dici non potest, quippe quae principia sola primaria cogitet (τὰ ἄμεσα), θεωρίας enim iudicium ipsum quoque θεωρία est[26]).

Et ne τοῦ παθητικοῦ quidem vox silentio praetereunda est, cum quaestiuncula quaedam, quid sonet πάθος, subiungenda sit, qua dis-ceptationi cuidam posteriori via patefiat. Significantur autem ea voce αἴσθησις, διάνοια, θεωρία vel quae pro iis substitui possunt τὸ κρῖνον et τὸ θεωροῦν, voce τοῦ ποιητικοῦ: τὸ αἰσθητόν, διανοητόν, θεωρητόν. Quacum sententia convenit quod metaph. III, 5 p. 1010ᵇ 33 scriptum videmus: τὸ αἴσθημα πάθος ἐστὶ τοῦ αἰσθανομένου. Quodcum quin hic id ipsum genus τοῦ πάθους spectet philosophus, quod sensus patiantur, nemo dubitet, quod modo ἐνέργεια appellatum est, idem hoc loco πάθος nuncupatur. Quae sententia comprobatur Nic. II, 5 p. 1106ᵇ 16[27]), quamquam etiam hic quispiam dubitare potest, quae πράξεις, quae πάθη sint, an vero omnia et πράξεις et πάθη vocentur, id quod ego quidem persuasum habeo. Facilius credas, si legeris de anima I, 5 p. 404ᵇ 15 vel si Nic. II, 2 p. 1104ᵇ 8 περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ cum III, 1 p. 1109ᵇ 30 contuleris τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης vel cum de anima I, 5 p. 409ᵇ 14 δῆλον δ' εἴ τις ἐπιχειρήσειεν ἐκ τοῦ λόγου τούτου τὰ πάθη καὶ τὰ ἔργα τῆς ψυχῆς ἀποδιδόναι, οἷον λογισμούς, αἰσθήσεις, ἡδονάς, λύπας, ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ad quae Kaas: Offenbar sind hier

in chiastischer Aufzählung die ἡδοναὶ καὶ λῦπαι die πάϑη, di λογισμοὶ und αἰσϑήσεις die ἔργα ψυχῆς. Offenbar? Itane ver Neque quicquam refert quod αἰσϑήσεις non parum satis πάϑη dicuntu Quid quod ἐπιϑυμία quoque Aristoteli et πάϑος (Nic. II, 4 p. 1105b: λέγω δὲ πάϑη μὲν ἐπιϑυμίαν) et ἐνέργεια τοῦ ἥδεσϑαι videtur (de anim III, 7 p. 431a 12 καὶ ἡ φυγὴ δὲ καὶ ἡ ὄρεξις τοῦτο (sc. λυπεῖσϑαι κα ἥδεσϑαι) ἡ κατ' ἐνέργειαν)? Cautius idem ad 1109b 30: wo ebenfal ἡδοναὶ καὶ λῦπαι durch πάϑη substituiert zu sein scheinen. Equide ita prorsus existimo idem apud Aristotelem tum ἐνέργειαν vel ἔργο vel πρᾶξιν tum πάϑος vel πάϑημα vocari salva quadam inter singu differentia; quidquid enim modo altera ex ratione apparet πάϑο scilicet cum alia re movetur, idem modo altera ex ratione ἐνέργει esse potest, scilicet cum ipsum aliud movet. Vide quantum vitiu sit Kaasii, qui ut ἐνεργείας nomen amoliatur, πάϑος voluptatem philosopho appellatam esse pervincere studeat. Πάϑος igitur ea dictam esse patitur. Quodsi Nic. II, 4 p. 1105 b21 scriptum videmu λέγω δὲ πάϑη μὲν ἐπιϑυμίαν, ὀργήν, φόβον, ϑράσος, φϑόνον, χαρά φιλίαν, μῖσος, πόϑον, ζῆλον, ἔλεον, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη nonne vel inde quoque si non probatur, at verisimile fit ut ibi πάϑο τῆς ἡδονῆς sequatur τὰ πάϑη, sic quod τῇ ἐνεργείᾳ ἕπεται (X, 4 p. 1175 5) ipsum quoque esse ἐνέργειαν? De ἕπεσϑαι verbo videndum e Kaas p. 45, qui Bonitium laudat in indice s. v. ἕπεσϑαι, unde com perimus idem sonare ἕπεσϑαι atque ἀκολουϑεῖν, ὑπάρχειν τινί, κατηγο ρεῖσϑαί τινος, et accuratius ad metaph. II p. 42: quo quidem verb ἀκολουϑεῖν pariter ac verbo ἕπεσϑαι Aristoteles denotat praedica aliquam notionem de altera, ita ut hac posita illa etiam ponenda si Nos vero adiiciamus nullam aliam vim subiectam esse posse verbi κατὰ πᾶσαν αἴσϑησιν etc. esse ἡδονήν. Licet igitur nobis recte sup ex X. libri Nic. commentatione collegisse videamur ἐνέργειαν vel πάϑο ab Aristotele voluptatem si non dictam, at intellectam esse, nihil secius cum ἕπεσϑαι ἐνεργείᾳ vel πάϑει vel εἶναι κατὰ ea voluptate docet, eandem ἐνέργειαν, idem πάϑος, quod sequatur, eam esse negat

Haec igitur παϑῶν et ἐνεργειῶν alternatio auctore Aristotele si statuenda:

*Αἴσϑησις* vel διάνοια vel ϑεωρία est πάϑος, qua τῷ αἰσϑητῷ q. s per sensum convenientem in anima excitatur[28]). Eaedem vero qu his causis excitatae sunt perque eas anima agit, ἐνέργειαι sunt.

Quae ἐνέργειαι et ipsae animam ipsam, non per sensus afficiunt Quod anima ἐνεργείαις illis patitur (cf. de anima II, 5 p. 417a 17 πάντα δὲ πάσχει καὶ κινεῖται ὑπὸ τοῦ ποιητικοῦ καὶ ἐνεργείᾳ ὄντος)

ἀθος est, afficiunt autem animam voluptate vel contrario, ergo voptas πάθος qua illis excitatur. Qua autem semel excitata ex anima ıanat, per eam non minus anima agit quam per illas, ergo ἐνέργεια oluptas. Nonne igitur ut τὸ αἰσθητὸν q. s. se habet ad τὴν αἴσθησιν, a ἡ αἴσθησις ad voluptatem? Unde efficitur premendum esse quod ositum est Nic. I, 9 p. 1099ᵃ 7 τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν.

Ceteroquin in ταῖς δυνάμεσι quoque alia quadam ex ratione voluptas numeratur Nic. II, 4 p. 1105ᵇ 25 δυνάμεις δὲ (sc. λέγω) καθ' ἃς :αθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσαι, quibuscum conferendum est de anima II, 5 p. 417ᵃ 9 πειδὴ δὲ τὸ αἰσθάνεσθαι λέγομεν διχῶς (τό τε γὰρ δυνάμει ἀκοῦον :αὶ ὁρῶν ἀκούειν. καὶ ὁρᾶν λέγομεν, κἂν τύχῃ καθεῦδον, καὶ τὸ ἤδη νεργοῦν), διχῶς ἂν λέγοιτο καὶ ἡ αἴσθησις, ἡ μὲν ὡς δυνάμει, ἡ δὲ ὡς ἐνεργείᾳ. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, τό τε δυνάμει ὂν καὶ τὸ ἐνεργείᾳ. πρῶτον μὲν οὖν ως τοῦ αὐτοῦ ὄντος τοῦ πάσχειν καὶ τοῦ ιινεῖσθαι καὶ τοῦ ἐνεργεῖν λέγωμεν, neque minus iterum alia ex ratione n ταῖς ἕξεσι Nic. II, 4 p. 1105ᵇ 25 ἕξεις δὲ καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς, οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν, εἰ δὲ μέσως, εὖ. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τἆλλα. Itaque in errore versantur, qui philosopho quod cum et ἐνεργείας et πάθους nomine utatur neutro serio uti videatur obiiciunt.

Postquam deinde (1175ᵃ 3—10) neminem perpetuo gaudere posse contendit neque de eadem re initio pariter ac postea relentescente attentione, novam notam voluptatis notioni adiicit τὸ αἱρετὸν, qua voluptas ab omnibus aliis ἐνεργείαις differt. Qua rationis conclusione nitatur, recte vidit Ramsauer[29]). Vitam ipsam quoque ἐνέργειαν esse supra vidimus et hanc communem quoque sicut singulas ἡδονὴν sequi consentaneum est neque minus pariter ac cum singulis eam coniunctissimam esse cum illa. Per voluptatem enim vita se ipsam percipit. Nota vero illa specialis in praesens ab eo postulato repetitur: τοῦ ζῆν ἅπαντες ἐφίενται, postea vero penitus in eos causarum intimos recessus insinuantem philosophum inveniemus, cum altius eam ad principium sui ipsius amandi revocabit.

At nonne mirum quiddam in illa quaestione inest, cur voluptatem cupiamus? Quid interest inter voluptatem et cupiditatem? Nonne cupiditas est voluptas rei alicuius futurae vel potius, cum voluptas semper cum ἐνεργείᾳ coniuncta sit praesenti, cogitationis praesentis de re futura, si consilium eius acquirendae accedit? In hanc enim sententiam evadat Aristotelis cupiditatis definitio de anima III, 7 p. 431ᵃ 12 καὶ ἡ φυγὴ δὲ καὶ ἡ ὄρεξις τοῦτο (sc. τὸ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι) ἡ

(delendum est) κατ' ἐνέργειαν, neque me fugit Nic. X, 5 p. 1175 b 30 οἰκειότεραι δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναὶ τῶν ὀρέξεων· αἱ μὲν γὰρ διωρισμέναι εἰσὶ καὶ τοῖς χρόνοις καὶ τῇ φύσει, αἱ δὲ σύνεγγυς ταῖς ἐνεργείαις; qui tempore altera ab altera differat, dictum est naturae differentia ad illam consilii accessionem spectet. Unde illud οἷς ἡ ἡδονή τε καὶ λύπη ὑπάρχει, καὶ ἡ ἐπιθυμία (de anima II, 3 p. 414 b 1; 5). Nempe est cupiditas voluptatis genus. Quod si ita est, nonne conclusio eodem paene revolvitur, unde profecta est: Quantum enim quod efficitur abest, quin sit de voluptate voluptatem sentiri? Sed habet profecto quid velit philosophus. Annon haec quaestiuncula id nitatur, ut eam notam rimetur, qua ἡ ἡδονὴ ἡδεῖα sit, qua voluptas ex omnibus functionibus voluptas? Videsne quanta res agatur?

Premendum vero ex iis, quae sequuntur, atque exaggerandum est quod philosophus de voluptatis et functionis necessitudine dicit 1175 a 18. πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἱρούμεθα ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονήν, ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι. συνεζεῦχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι. Ac primum quidem quis quidquid hic de communi functione voluptateque ei conveniente dictum sit, prorsus aeque id cadere in singulas earumque voluptates necesse esse dubitabit concedere, quippe cum utraque omnibus numeris plane pariter sese habeat? Quid tandem luculentius, quam quod verbis planis atque apertis scriptum videmus χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι functionem et voluptatem? Et hoc quidem scribit, postquam modo usus est verbis ἕπεσθαι τῇ ἐνεργείᾳ, εἶναι κατὰ τὴν ἐνέργειαν, ut alterum ab altero distinctum sit! Sed propria et mirabilis quaedam ratio intercedit, quae fert, ut et diversa sint, quippe quorum alterum alterum sequatur, et eadem sint, quippe quae necessitudine tam intima sint coniuncta, ut distingui nequeant.

Utrum congruant necne, eam quaestionem omnino in medio relictum voluisse Aristotelem ut non operis ad vitae usum spectantis, quid manifestius? Cf. supra de simili re ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι. Et ne hoc quidem scio, an ne potuerit quidem ambo discernere, etiamsi voluerit, notam enim illam specialem, qua sola ut voluptatem a functione distiuguat nititur, per occasionem tantummodo tangit. Quid quod ne aptum quidem discrimen ea videtur esse, quoniam τὸ αἱρετὸν voluptati cum vita commune est, per quam illud ei adiudicat, ut cognovisse illum quidem caput in quo omnis notio ponenda esset appareat, ut collinearet ei non contigisse?

Qui igitur inde, quod aliud agens alicubi (Nic. VII, 13 p. 1153 a14) ibo commiscet, secum ipsum dissidere philosophum colligatur? ofecto qui ideo illum locum ei abiudicant, ii ne etiam nostrum in spicionem vocare cogantur vereor, qui eandem discrepantiam praebeat. que quicquam refert, quod aliquanto infra (1175 b30)[14]) rursus de lividuitate amborum memorans subiungit v. 32 *αἱ δὲ (ἡδοναὶ) σύνεγγυς ῖς ἐνεργείαις, καὶ ἀδιόριστοι οὕτως ὥστ' ἔχειν ἀμφισβήτησιν εἰ ταὐτόν τιν ἡ ἐνέργεια τῇ ἡδονῇ. οὐ μὴν ἔοικέ γε ἡ ἡδονὴ διάνοια εἶναι οὐδ' σθησις· ἄτοπον γάρ· ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χωρίζεσθαι φαίνεταί τισι ταὐτόν. ὥπερ οὖν αἱ ἐνέργειαι ἕτεραι, καὶ αἱ ἡδοναί.* Nempe nusquam ipsi bium fuit, quin diversae sint neque hic demum id verbis *αἱ ἐνέργειαι ἕτεραι, καὶ αἱ ἡδοναὶ* statuit neque verbo *τισὶ* se ipse ex iis, ibus ita videtur, excludit, immo re vera ut modo demonstravimus se interdum distinctionem neglegit. Nequaquam igitur ita praecise ec confusio significationis abiicitur salva differentia notionum, ut ıas[30]) propter verba *ἄτοπον γὰρ* et *τισὶ* putat.

Profligata iam haec commentationis nostrae pars prima est et ıene ad exitum adducta, nam in iis, quae ex quinto capite restant, ristoteles de generibus et dignitate voluptatum agit, quorum neutrum l nostrum propositum facit.

Haec igitur sunt, quae fere ex ea disputatione elici posse videntur, ıa trium et copiosissime et accuratissime Aristoteles sententiam suam 'ofert. Quae ipse dicat, quae ex iis efficiantur, quae effici videantur, ıec enucleata colligamus. Quae autem dicit, haec sunt:

Omnem voluptatem vel dolorem esse id ut omnem functionem ›tione perfectum, quod omnem animae sentientis, cogitantis, conmplantis muneris functionem sequatur coniunctione tam individua, idem atque haec interdum concipiatur, obiter addito loco aliquanto osteriore iniuria. Quo perfectior sit qualitate haec, eo perfectius ıalitate illud esse. Iucundum autem id esse omnibus, quod ombus vivere sit iucundum, cuius perfectio (et ex coniectura adiecimus: ›tione) sit voluptas. Genera voluptatis esse tot, quot functionum, ›nestas eas, quas tales esse censeat vir bonus.

Quae efficiuntur sive ex X. libro sive aliis locis certo veris lhibitis:

Illud functionem sequens dignosci voluptatem, cum sit illa qualitte perfecta, sin aliter, dolorem neque sequi solum *ἐνέργειαν* vel *ἄθος*, sed ipsum quoque esse *ἐνέργειαν* vel *πάθος*, quin etiam *δύναμιν* ›que. Ipsius autem animae, non animae per sensus id esse *ἐνέργειαν* et

πάθος, sensuum πάθεσι, qua ipsa quoque ἐνέργειαι sint, in corpo anima animato sua ea aut esse aut non iudicante excitatum.

Quae effici videntur:

*Τελειοῦν τὴν ἐνέργειαν τὴν ἡδονὴν* Aristotelem ita dixisse, voluptas vel dolor ad functionem angustius valente sensu accede eam functionem latius patente reddat, quae praeter illam voluptate quoque vel dolorem contineat, utrumque vero esse formam, per qua id quod subsit functionum ut sibi aut convenientium aut adversantiu conscium fiat.

Quamquam nos nobis non tam id proposuimus, ut quid re ve Aristoteles voluptatem esse voluerit statuamus, ut ne id quid nostra multum intersit, num definitio omnibus partibus absolut commentationibus illis tribus erui possit, quam ut concentum absco ditum eorum omnium, quae a philosopho parum continenter, parum ut videtur constanter dicta sunt, retegamus, tamen occasione obli facere non possumus, quin ad Grantii[31]) interpretationem nos proxi accedere proloquamur, Kaas[32]) autem non interpretatoris, sed Ar stotelis culpam accusat, quod apud eum determinationem ratio voluptatis et vitae, quod concentum quendam functionum anim desiderat, quod veretur, ne das moralische Lustgefühl oft mit dem selben (dem Lebensgefühl) in Kampf gerathe. Sed illam distinctio nem qua voluptatem nicht das Gefühl des Lebensfördernden es vult, vielmehr das Lebensgefühl selbst, ego quoque cum Kaas amotam velim.

Restat, ut in unum conferamus res quasdam a nobis tenore sectantibus observatas, quibus nixi et falsas de trium disputationum ratione sententias refutemus et rectius de ea nosmet ipsi, quoad eiu facere poterimus, iudicemus.

Ac primum quidem offendimus in neglegentia quadam et inel gantia. Neque enim cuiquam dubium est, quin nisi alii philosop sententiae fontes nobis essent, in sola illa X. libri iusta definit nobis praebeatur nulla, unde efficitur ne voluisse quidem eum d finitionem proferre teretem atque rotundam. Cuius rei causa cer est orationis popularis modus latius atque hebetius dicendi. Eode spectet quod saepius parum accurate distinguit, velutsi αἴσθησιν dic cum αἴσθησιν τελείαν intelligi velit, aut τελειότητα, cum τελειότη sive κατ' ἀρετήν sive κατ' εἶδος, quamquam eum fallere non potu perfacile ea re orationis perspicuitatem minui, aut quod plus sem speciem ponit pro genere velut ὅρασιν pro αἰσθήσει aut αἴσθησι pro ἐνεργείᾳ neglectis διανοίᾳ et θεωρίᾳ, aut quod gradus compar

ivos et superlativos in seriebus duabus membrorum gradatim sibi espondentium non convenienter eligit, immo in utraque membra psa omittit et ea quidem non eadem in utraque. Neque minus huc ertineat *κοῖνον* illud, quo rem longe gravissimam obscure significat t quod ne iterationibus quidem vacat oratio.

Deinde cognitum atque perspectum habemus in posteriore X. libri thicorum commentatione voluptatem intellegi *ἐνέργειαν*, licet ita non licatur.

Ad postremum nullo modo in dubium revocari potest, quin ut listinguatur voluptas a functione, ita haec distinctio subtilissima et enuissima censeatur, ut neque aliis tantummodo videatur esse nulla, sed loco quodam etiam ab Aristotele si non notione, attamen verbis umbo confundantur, quin etiam ne potuerit quidem Aristoteles accurate alterum ab altero distinere, cum quam notam voluptatis specificam ndagasse videatur, ea non propria sit solius voluptatis, sed eadem functionis cuiusdam scilicet communis sive vitae. Quid enim attinet de duobus dici ut diversis, cum discrimen initio proferatur omnino nullum nisi unum alterum sequi, postea cum nitatur ut tale quid indaget, id ponat, quod etiam in altero inveniatur? Sic nos persuasum habemus tantam subtilitatem non aptam existimantem, quae in eiusmodi opere diiudicaretur, in suspenso Aristotelem quaestionem hanc spinosissimam reliquisse et etiam verbis ideo nutasse et vacillasse.

### B. De *κινήσει* rhetoricorum (I, 11 p. 1369b 33).

Ad alterum iam locum, quo de voluptatis natura agitur, aggredimur, ad rhet. I, 11 p. 1369b 33: *ὑποκείσθω δ' ἡμῖν εἶναι τὴν ἡδονὴν κίνησίν τινα τῆς ψυχῆς καὶ κατάστασιν ἀθρόαν καὶ αἰσθητὴν εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν.* Iustam praebet definitionem, sed *κίνησιν* ab Aristotele voluptatem appellatam esse, cum ut Nic. VII, 12—15 *γένεσιν* sic ib. X, 2 p. 1173 a28—b4, iterum X, 3 p. 1174b 9—14 *κίνησιν* aspernetur, tam mirum Trendelenburgio visum est, ut totum in hac significatione alienum esse philosophum coniecerit et Platonica, non sua hic ponere. De dignitate huius loci idem haec dicit (ad Aristotelis de anima libri tres p. 177): „Quae in rhetoricis allata sunt (de voluptate), minus curamus; ita enim ad eloquentiae consilium accomodata sunt, ut pauca ex iis ad subtiliorem animi cognitionem trahi possint. Adde quod ea ipsa, a quibus haec in rhetoricis disputatio initium capit, magis ad tempus posita, quam ex accuratiore sententia ducta sunt. Quod enim ita incipitur, *ὑποκείσθω δ' ἡμῖν* et q. s., id ab iis, quae in ethicis acutius quaeruntur, distat. Iam illud

ὑποκείσθω sententiam magis poni quam doceri significat.“ Cui assentiuntur Calmus (p. 1) et Ramsauer et Kaas (p. 44), et ne ii quidem, qui pro auctoritate commentationis libri VII. propugnant, habent, quid huic crimini opponant, quo gravius ullum aliud fingi non possit, nisi quod Kaas l. l. τὶς vocis κινήσει additae vim quandam propriam subsentit, quamquam quae subsit ne is quidem cognoscit.

Indigna autem philosopho illa interpretatio, non quin etiam Aristoteles a se ipse dissidere possit, sed quod nullo modo fieri videtur posse ut non modo Aristoteles, sed quivis unus mediocris ingenii initium disserendi sumat ab ea sententia, quam alibi diserte refellat atque redarguat id quod quidem ne popularis quidem oratio patitur. Ceteroquin cur in ipsis rhetoricis tantam indiligentiam atque incuriam sibi assumat, cum ipso Trendelenburgio iudice acutius eadem quaerantur in ethicis ipso quoque opere ad vulgarem popularemque sensum accomodato? Confugiunt autem eo non nisi desperata controversiae quae iis videtur conciliatione.

Sed nulla est hic controversia neque quicquam sibi constantius et continentius quam Aristotelis de voluptate sententia, quoad eam profert, vituperatio autem remanet si ita est necesse nulla alia atque inelegentiae significationis, neque tamen maioris quam in lib. X. Nic. invenimus complures.

Duo enim motus genera distinguit Aristoteles in iis, quae de perceptione dicit. De utroque Cl. Bacumker haec memorat (Des Aristoteles Lehre von den äussern und innern Sinnesvermögen. Leipzig 1877 p. 12): Deshalb muss auch die Wahrnehmung gefasst werden als eine vom Objekte ausgehende Bewegung auf den zu diesem im Verhältnisse der Möglichkeit — befindlichen Sinn, wodurch dem Sinn die Wirklichkeit des Objekts mitgeteilt, wodurch er also gewissermassen das Objekt selber wird. Sie ist eine qualitative Verwandlung (ἀλλοίωσις), aber nicht im gewöhnlichen Sinne, denn sie beraubt den Sinn nicht einer Eigenschaft, sondern führt ihn zu einer Qualität hinüber, die potenziell schon in seiner Natur angelegt ist, sie besteht nicht in einem Erleiden, wodurch etwas zerstört, sondern wodurch etwas erhalten wird. Darum fällt sie auch nicht unter den Begriff der Bewegung, insofern diese eine unvollendete, im Flusse und Übergang zu einer andern befindliche Wirklichkeit ist, die Wirklichkeit eines noch Unvollendeten, eines Potenziellen insoweit es potenziell ist, sondern ist eine andere Art von Bewegung, eine Thätigkeit schlechthin (ἁπλῶς ἐνέργεια), welche im Gegensatz zu der die Vollendung erst herbeiführenden Bewegung im eigentlichen Sinne die Thätigkeit eines schon Vollendeten ist und ihren Zweck und ihr Ziel in sich selber findet.

Quid vero, nonne voluptas quoque saepius cum αἰσθήσει comparatur, quacum est coniunctissima, ut eiusdem atque illam naturae t qualitatis eam esse necesse sit, ut illa αἴσθησις interior ad huius, e qua Baeumker agit, exterioris similitudinem proxime accedat? Quodsi recordabimur ὅλον et τέλειόν τι esse voluptatem (Nic. X, 3 p. 1174 a14—19; b7; 13), non eius generis κινήσεως eam esse posse persuasum habebimus, de quo apud Aristotelem haec scripta videmus phys. ausc. III, 2 p. 201 b 31 ἥ τε κίνησις ἐνέργεια μέν τις εἶναι δοκεῖ, ἀτελὴς δέ; VIII, 5 p. 257 b 8 ἔστι δ' ἡ κίνησις ἐντελέχεια κινητοῦ ἀτελής; cf. metaph. IX, 9, p. 1066 a 20; de anima II, 5 p. 417 a 16; II, 7 p. 431 a 6; phys. ausc. III, 1 p. 201 b 4 ἡ τοῦ δυνατοῦ, ᾗ δυνατόν, ἐντελέχεια — κίνησίς ἐστιν; metaph. X, 9 p. 1065 b 16 τὴν τοῦ δυνάμει ᾗ τοιοῦτόν ἐστιν ἐνέργειαν λέγω κίνησιν; phys. ausc. III, 1 p. 201 a 9 διῃρημένου δὲ καθ' ἕκαστον γένος τοῦ μὲν ἐντελεχείᾳ τοῦ δὲ δυνάμει, ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ᾗ τοιοῦτον, κίνησίς ἐστιν, οἷον τοῦ μὲν ἀλλοιωτοῦ, ᾗ ἀλλοιωτόν, ἀλλοίωσις, τοῦ δὲ αὐξητοῦ καὶ τοῦ ἀντικειμένου φθιτοῦ (οὐδὲν γὰρ ὄνομα κοινὸν ἐπ' ἀμφοῖν) αὔξησις καὶ φθίσις, τοῦ δὲ γενητοῦ καὶ φθαρτοῦ γένεσις καὶ φθορά, τοῦ δὲ φορητοῦ φορά.

Hoc vero genus semper intellegitur, cum κίνησις dicitur simpliciter neque ullam aliam κίνησιν intellegi voluisse poterat Plato, apud quem aliud genus, quantum ego quidem scio, non reperiretur, ut suo iure κίνησιν esse voluptatem Aristoteles negare posset, scilicet hanc ἀτελῆ, de qua cum Platone certans sola cogitare poterat. Idem inde quoque eluceat, quod aedificationis similitudinem affert.

Aristoteles autem ab hac distinguit alteram, quam dicit κίνησιν τετελεσμένην sive ἁπλῶς ἐνέργειαν, cf. de anima III, 7 p. 431 a 6 ἡ γὰρ κίνησις τοῦ ἀτελοῦς ἐνέργεια ἦν, ἡ δ' ἁπλῶς ἐνέργεια ἑτέρα ἡ τοῦ τετελεσμένου. Ubi quod τὴν κίνησιν τοῦ ἀτελοῦς ἐνέργειαν vocat (v. s. p. 201 b 31), inde efficitur ibi non de nostra ἐνεργείᾳ cogitandum esse, quam τελείαν esse confirmatur, sed ἐνεργείας vocem nihil aliud atque alias πρᾶξιν valere, contra quam ἐνέργειαν voluptatem esse supra collegimus, eam esse hanc ἁπλῶς ἐνέργειαν sive ἐνέργειαν τελείαν.

Quid igitur interest inter ἐνέργειαν τελείαν, quam voluptatem esse in X. libro eth. Nic. Aristoteles intellexit, — et si cui id non satisfaciat, etiam dicere eum mox viderimus — et hanc κίνησιν, ut eam vocat rhet. I,11? Nihil omnino, ut mihi quidem videtur, dummodo intellegas κίνησιν τελείαν. Habes iam vim illius τὶς voci κινήσεως additae. Vitium, si prorsus ita necesse est, restat hic quoque idem, de quo iam verba fecimus neglecta inter ἐνέργειαν et id quod

distingui non potest distinctio. An vero hanc incuriam omissae attributionis minus patiemur quam illam dissensionem insociabilem repugnantiamque praeruptam? Hoc vitium, non dico leve, plus semel in ethicis supra invenimus, satis tamen sit admonuisse de hac ipsa voce τελείου omissa propria αἰσθήσει sive κατ' εἶδος sive κατ' ἀρετὴν subest, illud videtur prorsus intolerandum esse. Id ipsum vero sit popularis orationis specialitatibus, quae sunt magis elegantiae doctrinae neglectis satis habere genera distinxisse. Huic nostrae sententiae consentaneum est πάθος quoque, ut vidimus, voluptatem vocari, nam philosophus ipse dicit de anima II, 5 p. 417ᵃ 14 πρῶτον μὲν οὖν ὡς τοῦ αὐτοῦ ὄντος τοῦ πάσχειν καὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ τοῦ ἐνεργεῖν λέγωμεν, contra quod ἀλλοίωσιν eam esse non vult, licet oriatur per ἀλλοίωσιν[33]), ad id pertinet, quod non est κίνησις ἀτελής, neque minus cave ex phys. ausc. VII, 3 p. 247ᵃ 9[34]) colligas κίνησιν eam appellari, ut profiten cogamur locum alterum, quo κίνησις voluptas dicatur, proferre nos non posse. Qua re non labefactatur oratio nostra.

De καταστάσεως nomine infra videbimus.

### C. De locis quibusdam dispersis.

Priusquam ad tertiam expositionis nostrae partem transeamus ad VII. libri ethicorum commentationis cum duabus ceteris conspirationem eiusque originem Aristoteleam evincendam, alios locos circumspiciamus exceptis suspiciosis, quibus et recte nos interpretatos esse illas duas demonstremus nostramque sententiam confirmemus et nova si qua occurrant voluptatis adumbrationi addamus. Sin autem quid repugnabit vel repugnare videbitur sententiae, quomodo adhuc stat nobis duobus tantummodo illis locis usis, ne id quidem silentio praeteribimus. Fieri enim potest, ut alibi philosophus magis e vera sententia dicat, quam in ethicis et rhetoricis ad vulgarem sensum accommodatis.

Minus ad rem ii pertineant, quibus vel de summa voluptatis in agendo apud homines auctoritate agitur[35]), vel de eius dignitate[36]), neque magis eos curamus, quibus quorum animalium[37]) aut cuius disciplinae[38]) sit exponitur.

Sed non paucis locis etiam naturam ipsam voluptatis spectat Aristoteles.

Illud κατὰ πᾶσαν αἴσθησίν ἐστιν ἡδονή (Nic. X, 3 p. 1174ᵇ 20; 26; 5 p. 1176ᵃ 26) agnoscimus de anima II, 2 p. 413ᵇ 21; 3 p. 414ᵇ 1; de somno 1 p. 454ᵇ 29[21]); phys. ausc. VII, 3 p. 247ᵃ 7 ἅπασα γὰρ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς σωματικάς, αὗται δὲ ἢ ἐν

ῷ πράττειν ἢ ἐν τῷ μεμνῆσθαι ἢ ἐν τῷ ἐλπίζειν. αἱ μὲν οὖν ἐν τῇ ράξει κατὰ τὴν αἴσθησίν εἰσιν, ὥσθ' ὑπ' αἰσθητοῦ τινος κινεῖσθαι, δ' ἐν τῇ μνήμῃ καὶ ἐν τῇ ἐλπίδι ἀπὸ ταύτης. ἢ γὰρ οἷα ἔπαθον εμνημένοι ἥδονται, ἢ ἐλπίζοντες οἷα μέλλουσιν. ὥστ' ἀνάγκη πᾶσαν ὴν τοιαύτην ἡδονὴν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν γίγνεσθαι. — Nic. II, 2 p. 1104b 13 ι δ' εἰ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη, παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ ράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη κ. τ. λ. — rhet. I, 11 p. 1370a 27 πεὶ δ' ἐστὶ τὸ ἥδεσθαι ἐν τῷ αἰσθάνεσθαί τινος πάθους, ἡ δὲ φαντασία ἐστὶν αἴσθησίς τις ἀσθενής, κἂν τῷ μεμνημένῳ καὶ τῷ ἐλπίζοντι ἀκολουθοῖ ἂν φαντασία τις οὗ μέμνηται ἢ ἐλπίζει. εἰ δὲ τοῦτο, δῆλον ὅτι καὶ ἡδοναὶ ἅμα μεμνημένοις καὶ ἐλπίζουσιν, ἐπείπερ καὶ αἴσθησις ὥστ' ἀνάγκη πάντα τὰ ἡδέα ἢ ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι εἶναι παρόντα ἢ ἐν τῷ μεμνῆσθαι γεγενημένα ἢ ἐν τῷ ἐλπίζειν μέλλοντα· αἰσθάνονται μὲν γὰρ τὰ παρόντα, μέμνηνται δὲ τὰ γεγενημένα, ἐλπίζουσι δὲ τὰ μέλλοντα. τὰ μὲν οὖν μνημονευτὰ ἡδέα ἐστίν, οὐ μόνον ὅσα ἐν τῷ παρόντι, ὅτε παρῆν, ἡδέα ἦν, ἀλλ' ἔνια καὶ οὐχ ἡδέα, ἂν ᾖ ὕστερον καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸ μετὰ τοῦτο. — Ib. b 6. — Ex quibus haec verba praecipue sunt intuenda ἐστὶ τὸ ἥδεσθαι ἐν τῷ αἰσθάνεσθαί τινος πάθους. Et ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι esse voluptatem dici posse et ἐν τῷ πάθει supra vidimus, hic dicitur ἐν τῷ αἰσθάνεσθαί τινος πάθους. Πάθος idem significare atque αἴσθησιν sive ἐνέργειαν per sensus factam apparet (metaph. III, 5 p. 1010b 33), neque minus αἰσθάνεσθαι esse illam ἐνέργειαν, quae voluptas ipsa esse adhuc visa sit. Quodsi antea voluptatem esse animae functionem muneris affectu sensuum excitatam diximus, qua ille sit ipse quoque functio, nunc sic licet compressius: eam esse αἴσθησιν αἰσθήσεως vel potius ab ea non distinguendam. Neque igitur τὸ αἰσθανόμενον quicquam aliud est atque illud κρῖνον, quod verbum saepius apud Aristotelem idem valet atque illud (de anima III, 4 p. 429b 13; 3 p. 428a 2; cf. Zeller p. 566 not. 8). Cum autem hic voluptatem non modo idem atque ἐνέργειαν videndi, audiendi, similium esse neget, sed ne atque interiorem quidem huius ἐνεργείας ἐνέργειαν esse velit, immo cum ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι, non αἰσθάνεσθαι dicit, coniunctum tantummodo quiddam cum posteriore, ad maiorem subtilitatem de voluptate doctrinam producemus, cum salvis ceteris quasi medium quid inter voluptatem, quae ipsa ἐνέργεια visa est, et illam ἐνέργειαν quasi primariam interponemus, dico illam αἴσθησιν αἰσθήσεως vel κρίσιν αἰσθήσεως, licet eo gravior Aristotelis incuria videatur neglectae huius duplicis distinctionis, quae non ita multo maior est in rhet. I, 11 aut Nic. VII, 13 quam Nic. X, sive κατ' ἐνέργειαν (ὁράσεως, similium) esse

voluptatem dicit, sive eam *ἐνέργειαν* ipsam, falso si ad vivum resecamus utrumque. Qua de interiore perceptione Nic. IX, 9 p. 1170 a29 haec exstant: *ὁ δ' ὁρῶν ὅτι ὁρᾷ αἰσθάνεται καὶ ὁ ἀκούων ὅτι ἀκούει καὶ ὁ βαδίζων ὅτι βαδίζει, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἔστι τι τὸ αἰσθανόμενον ὅτι ἐνεργοῦμεν, ὥστε αἰσθανοίμεθ' ἂν ὅτι αἰσθανόμεθα καὶ νοοῖμεν ὅτι νοοῦμεν. τὸ δ' ὅτι αἰσθανόμεθα ἢ νοοῦμεν, ὅτι ἐσμέν· τὸ γὰρ εἶναι ἦν αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν.* Deinde quod rhet. I, 11 p. 1370a 18 necessario cum voluptate coniunctam esse vidimus *τὴν ἐπιθυμίαν*, de eo supra memoravimus. *Αἰσθήσεως* loco phys. ausc. VII, 3 p. 247 a7 et rhet. I, 11 p. 1370 a27 *φαντασία* ponitur, quibuscum conferendi sunt Nic. III, 13 p. 1118 a12; VIII, 9 p. 1159 a18; IX, 4 p. 1166 a24. phys. ausc. VII, 3 p. 247a 24.

De summa voluptate, quae res postea maximi momenti erit agitur Nic. X, 4. Est autem absolute perfectissima *ἐνέργειαν θεωρητικὴν* sequens, quae ipsa est perfectissima *ἐνέργεια*, quippe quae *τοῦ νοῦ θεωρητικοῦ, τοῦ κρατίστου τῶν ἐν ἡμῖν, τὸ κράτιστον τῶν γνωστῶν* sit. Ipse enim *ὁ νοῦς νοητός ἐστιν ὥσπερ τὰ νοητά. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄνευ ὕλης τὸ αὐτό ἐστι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον κ. τ. λ.* Cf. de anima III, 4 p. 430 a2; III, 7 init.; metaph. XII, 7 p. 1074 b35. Quo sensu autem *ἐνεργεῖν* vel *αἰσθάνεσθαι ὁ νοῦς θεωρητικὸς* dici possit, dicitur de anima II, 5 p. 417 b18, quibuscum conferendum est Nic. X, 7 p. 1177 a27.

Quam ob rem vitiose dixisse mihi Zeller videtur (Die Philosophie der Griechen, p. 603): Denken wir uns die Vernunft vom Leibe getrennt, so ist in ihr weder Liebe noch Hass, weder Erinnerung noch verständiges Denken; das gleiche gilt selbstverständlich von allen Affekten und von den Gefühlen der Lust und Unlust, da diese samt und sonders der empfindenden Seele angehören. Neque mirum videtur, quod dei beatitudinem eam voluptatem esse vult, quae perfectissimam actionem sequatur, cf. Nic. VII, 15 p. 1154b 24; Zeller p. 619; Brentano, Psychologie des A. Mainz 1867 p. 30 n. 5. Homini autem summa voluptas ea est, quae *τὸν κατὰ τὸν νοῦν βίον* sequitur, *εἴπερ τοῦτο μάλιστα ἄνθρωπος* (Nic. X, 7 p. 1178 a6; 1177 b26).

Cui summae contrariae sunt *αἱ ἡδοναὶ σωματικαί*, multo inferiores, cum quas *ἐνεργείας* sequantur, eae minus perfectae sint, ut ab anima inferiore profectae. Ita ut *ἐνεργειῶν* sic voluptatum quoque gradus perfectionis statuuntur, cf. Nic. X, 5 p. 1175 b36; III, 13 p. 1118 a1.

Tum de generibus agitur Nic. X, 5 p. 1175 a25; 26; 36; III, 6 p. 1113 a31. Suam quamque functionem augere voluptatem unius-

uiusque propriam, alienam paene ut dolorem eam turbare, discimus x Nic. X, 7 p. 1177 b19, quibuscum comparanda ib. II, 2 p. 1104 a33 t IX, 10 p. 1171 a6. Aliud spectat III, 14 p. 1119 a17.

Deinde non continuo nos gaudere posse, quod non continuo νεργεῖν (Nic. X, 4 p. 1175 a4) agnoscimus X, 6 p. 1176 b34; 9; V, 14 p. 1128 b3; IX, 9 p. 1170 a5; rhet. I, 11 p. 1371 b33; 370 a14. Sed θεωρεῖν δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον ἢ πράττειν οτιοῦν Nic. X, 7 p. 1177 a21). Quomodo voluptas et dolor corpus afficiat, ihil ad nos, cf. de an. mot. 7 p. 701 b1; de anima I, 1 p. 403 a16.

De nota illa voluptatis naturali τοῦ αἱρετοῦ accuratius agens uam in X. libro ethicorum in IX. omnem conclusionem ab illo rincipio primario ducit, quod experti scimus τὸ εἶναι omnibus esse ucundum, si modo est re vera εἶναι neque διεφθαρμένον; illud igitur, uo in X. libro acquievit, τοῦ ζῆν ἅπαντες ἐφίενται, rursus in quaestionem vocans ad altius quoddam inquisitionem perducit, ultra quod causam petere potest nullam, neque enim scio an sit principium identitatis, quod Aristoteles significat metaph. III, 3 p. 1005 b15. Hi sunt loci lli: Nic. IX, 9 p. 1170 a16 τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζῴοις δυνάμει αἰσθήσεως, ἀνθρώποις δ' αἰσθήσεως ἢ νοήσεως· ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται. τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ· ἔοικε δὴ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν. τὸ δὲ ζῆν τῶν καθ' αὐτὸ ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ, τὸ δ' ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως. τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν καὶ τῷ ἐπιεικεῖ· διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι. Cf. v. 25. — ib. v. 32 τὸ δ' ὅτι αἰσθανόμεθα ἢ νοοῦμεν ὅτι ἐσμέν· τὸ γὰρ εἶναι ἦν αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν. τὸ δ' αἰσθάνεσθαι ὅτι ζῇ, τῶν ἡδέων καθ' αὐτό· φύσει γὰρ ἀγαθὸν ζωή, τὸ δ' ἀγαθὸν ὑπάρχον ἐν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι ἡδύ· αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς, ὅτι τὸ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς καὶ ἡδύ· συναισθανόμενοι γὰρ τοῦ καθ' αὐτὸ ἀγαθοῦ ἥδονται. Cf. 1170 b7; 14; 12 p. 1171 b34; 7 p. 1167 b31; 9 p. 1169 b33; VIII, 4 p. 1156 b15; X, 7 p. 1178 a5; rhet. I, 11 p. 1371 a34; 24; b12; 18.

Quo modo autem efficitur concluditurque ratio, is hic est:

1. τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετόν 1168a 5 (οὐ δεῖ δὲ λαμβάνειν μοχθηρὰν ζωὴν καὶ διεφθαρμένην οὐδ' ἐν λύπαις 1170 a22.
2. τὸ δὲ ζῆν τοῖς ζῶσι τὸ εἶναί ἐστιν 415 b13.
3. ergo τὸ ζῆν ἀγαθὸν καὶ ηδύ 1170 a26 vel αἱρετὸν τὸ ζῆν 1170 b3 vel φύσει ἀγαθὸν ζωή 1170 b2.
4. τὸ δὲ ζῆν τοῖς ἀνθρώποις δυνάμει αἰσθήσεως ἢ νοήσεως ορίζονται 1170 a16.
5. τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ 1170 a18.

6. ergo τὸ ζῆν κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν 1170 ª19 vel ἐσμ[…]
ἐνεργείᾳ 1168ª 6.
7. τὸ ἔργον autem τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι μηνύει 1168 ª9.
8. ergo πᾶς τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ 1167 ᵇ34; 1156 ᵇ15 vel un-
verse τὸ οἰκτεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐστ[ιν]
ἑκάστῳ 1178 ª5; 1371 ª24; ᵇ13; 18; 22.
9. ergo τὸ αἰσθάνεσθαι ὅτι ἐνεργοῦμεν (1170 ª31) vel ὅτι ἐσμὲν (3[…]
vel τὸ αἰσθάνεσθαι ὅτι αἰσθανόμεθα καὶ νοεῖν ὅτι νοοῦμεν (31)
vel τὸ αἰσθάνεσθαι ὅτι ζῇ (ᵇ 1) vel τὸ ἀγαθὸν ὑπάρχον ἐν ἑαυτ[ῷ]
αἰσθάνεσθαι (ᵇ 2) est ἡδύ (ᵇ 3), τῶν ἡδέων καθ' αὐτό (ᵇ 1).

Quid sit ὡρισμένον dictum est metaph. III, 4 p. 1007 ᵇ28. [c]f.
Eud. VII, 12 p. 1245 ª2; Nic. IX, 9 p. 1170 ª24. Neque igitur u[l]
voluptas dolorve, per quae qui ea habet non ad se naturam[q]
suam functionem ea excitantem referat, ut rectissime ponatur de anim.
III, 7 p. 431 ª8 τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι ὅμοιον τῷ φάναι μόνον κα[ὶ]
νοεῖν· ὅταν δὲ ηδὺ ἢ λυπηρόν, οἷον καταφᾶσαι ἢ ἀποφᾶσαι, διώκει [ἢ]
φεύγει. Quam ob rem consentaneum est omnes magis minusve [se]
ipsos amare, cf. rhet. I, 11 p. 1371 ᵇ18ss., ut τοὺς φιλαύτους vitupe-
rari nolit (Nic. IX, 8 p. 1169 ª11), sed tantum τοὺς ἑαυτοῖς ἀπονέ-
μοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι καὶ τιμαῖς καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικα[ῖς]
(1168 ᵇ16; 22; 1169 ª13; pol. II, 5 p. 1263 ª41). Suo igitur iure Ari-
stoteles permultas voluptates, quas instar omnium esse vult, ad hun[c]
sui ipsius cuiusque amorem refert, velut τοῦ τιμωρεῖσθαι 1117ª 6;
1126 ª22; τιμᾶσθαι 1159 ª18; φιλεῖν et φιλεῖσθαι 1159 ª25; 1171 ª18;
τῆς ἀνδρείας 1117 ᵇ1; 10; praecipue autem rhet. I, 11, quae res non
levis momenti est ad illam controversiam diiudicandam, utrum ibi
suam sententiam Aristoteles exposuerit an Platonis. Item in
hac quasi medulla Aristoteleae de voluptate doctrinae positum es[t]
nihil voluptatem afferre, quod cogamur, cf. Nic. III, 1 p. 1110 ᵇ9; 3
p. 1111 ª32; 15 p. 1119 ª23; rhet. I, 11 p. 1370 ª9.

Exsistit hic quaestio, quinam tandem fieri possit, cum ἡ ἡδον[ὴ]
τὸ αἰσθάνεσθαι τὸ καθ'αὐτὸ ἀγαθὸν ἐν ἡμῖν ὑπάρχον prosequatur,
ut non omnes voluptates bonae et laudandae sint, ut non omnes
virtutes suaves, cum omne ἀγαθὸν sit ἡδύ (1155 ᵇ18; 1156 ᵇ13;
1157 ª2), ut alius aliud voluptatem iudicet (1128 ª27; 1099 ª7; 1157 ᵇ
27), ut alius idem alio tempore et ne idem quidem semper idem,
cum omnes voluptates unum et idem spectent sui ipsius conscientiam
ut re vera exstantis, talis autem semper sit καθ' αὐτὸ ἀγαθὸν idque
semper φιλητὸν καὶ αἱρετὸν καὶ ἡδύ, ut εὖ ἢ κακῶς χαίρειν κα[ὶ]
λυπεῖσθαι possimus (1105 ª6).

Cui difficultati Aristoteles non deest: omnes voluptates laudandas se non negat, si modo sunt voluptates, sed non omnes sunt, quae dentur, immo verba dant quaedam hominibus, cf. Nic. III, 6 p. 1113$^{a}$ ; 13 p. 1118$^{b}$ 25; IV, 3 p. 1121$^{a}$ 8; VIII, 2 p. 1155$^{b}$ 25.

Re vera autem eas voluptates esse vult, quae sapienti voluptates dentur esse, iis autem quae videntur, deditum est vulgus, quod rdidis voluptatibus trahitur (Nic. IX, 8 p. 1168$^{b}$ 17; X, 1 p. 1172$^{a}$ l: I, 9 p. 1099$^{a}$ 11; IX, 9 p. 1170$^{a}$ 1; 14; 21); similiter de infantibus, quibus mens nondum dominatur (III, 15 p. 1119$^{b}$ 5; VIII, 3 p. 1156$^{a}$ 1; 5 p. 1157$^{a}$ 28; X, 10 p. 1179$^{b}$ 34). Cum autem sapientis iudicio luptates metiendas esse dicit, intellectu dicit, quippe cum sapiens ῷ λόγῳ pareat, cf. Nic. III, 15 p. 1119$^{b}$ 8; 13; 6 p. 1113$^{a}$ 31; X, 5 . 1176$^{a}$ 16—24; IX, 4 p. 1166$^{a}$ 12; IX, 8 p. 1169$^{a}$ 15. Simul hinc ucet. quatenus τὰ τοῖς πολλοῖς ἡδέα non sint ἡδέα. Nam cum rhet. 11 p. 1370$^{a}$ 16 dicit οὗ ἂν ἡ ἐπιθυμία ἐνῇ, ἅπαν ἡδύ vel VIII, 7 . 1157$^{b}$ 26 δοκεῖ γὰρ φιλητὸν μὲν καὶ αἱρετὸν τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν ἢ δύ, ἑκάστῳ δὲ τὸ αὑτῷ τοιοῦτον, etiam vulgi voluptates ei suaves sse concedit. Cum autem eae inferioris animae functiones sequanır neque superiores, quibus solis homo est homo, exsistere patiantur, vera minus suaves sunt iudicandae quam perniciosae, quae hominem erfectioribus privent, quas aliter habere ei liceret. Eo maius est, uod αἱ τὰς τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρὸς ἐνεργείας τελειοῦσαι ἡδοαὶ κυρίως λέγοιντ' ἂν ἀνθρώπου ἡδοναὶ εἶναι (1176$^{a}$ 27), quas κυρίως νθρώπου ἡδονὰς si quis non cognoscit, ne τὰς ἐνεργείας quidem τὰς υρίως ἀνθρώπου cognoscere potest, ut a specie homini destinata laatur atque decidat. Cf. Nic. IX, 4 p. 1166$^{b}$ 7; $^{a}$27. Ergo quod non mnis virtus cum voluptate videtur coniuncta esse, videtur tantumodo, sed re vera est respicienti quidem eius finem, cf. Nic. III, 12 . 1117$^{b}$ 15; 23.

Vel inde intellegitur etiam probum hominem voluptatis causa gere omnia, sed non criminose. Summae enim ut homo studet, uram atque sinceram mentis amplexatus aspernatur a se omnem ordidam (Nic. IX, 8 p. 1169$^{a}$ 20ss.) et scite ἡδονῆς ἕνεκα τῆς εἰςαῦις μεγάλης μικρὰ λυπήσει (Nic. IV, 12 p. 1127$^{a}$ 5). Vulgo autem omines πάθει ζῶντες τὰς οἰκείας ἡδονὰς διώκουσι καὶ δἰ ὧν αὗται ονται, φεύγουσι δὲ τὰς ἀντικειμένας λύπας, τοῦ δὲ καλοῦ καὶ ὡς ληθῶς ἡδέος οὐδ' ἔννοιαν ἔχουσιν, ἄγευστοι ὄντες (X, 10 p. 1179$^{b}$ 13).

Cum illo, quod supra ostendimus se quemque suamque naturam er functiones earumque qualitatem affirmari agnoscentem gaudere, ptime convenit quod ratione inversa ea sola homines ut proprie sua

facere concluditur, quae cum voluptate aut sine dolore faciant, si aliter, ideo neque laudi iis honesta neque turpia opprobrio ess cf. Nic. II, 2 p. 1104b 3. Idem valere vult de iis, qui inscientes (δ *ἄγνοιαν*) aliquid faciunt, ib III, 2 p. 1110b 18. A quibus segrega *τοὺς ἀγνοοῦντας*, quorum in numero ponit omnes improbos, ib. v. 28 Quid quod tantum constantia procedit Aristoteles, ut *τοὺς κακοὺς* *χαίρειν ἑαυτοῖς, εἰ μή τις ὠφέλεια γίγνοιτο* contendat? Ib. VIII. p. 1157a 19; 10 p. 1159b 10; IX, 4 p. 1166a 23.

Quod ad nomina attinet generalia, quae voluptati indit, *πά* supra perstrinximus, hic locum subiungimus, quo re vera volupta *πάθος* dicitur, qualem Kaas requirit, nisi quod propterea *ἐνέργ* quoque patienda est: Nic. X, 2 p. 1104b 32 *περὶ πάντα μὲν ταῦτα* *ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικός, μάλιστα δὲ π* *τὴν ἡδονήν·* — (1105a 2) *διὸ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθ* *ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ.*

Ad postremum in notam *αἱρετοῦ* cadit, quod de boni et suavi tatis necessitudine dicit, sed rem sane magnam primoribus tantum labris attingit et de ea admodum parce et restricte verba facit. Nic VIII, 2 p. 1155b 23.

Quorum locorum qui quidem quavis ex parte ad rem facere vi sint fere omnium collectione dispersa perlustrata neque discrepan cum nostra doctrinae interpretatione ullos concedendum sit et tri addidicimus, quae mox nobis fructui erunt:

Unum quae de voluptate disputatio omnium trium a viris doct accuratissima habeatur, ne eam quidem veram ac plenam philosoph sententiam praebere. Si autem ea uberi populariter tantum ideoqu ineleganter, quin etiam vitiose de re agit, eo minus quod in eoden opere populari occasione tantum oblata leviter rem perstringens no satis subtiliter neque ita multo vitiosius loquatur, non Aristotelis cu locum esse causa satis iusta colligendum erit.

Alterum veram voluptatem eum dignoscere a falsa, ut quaeren possit quispiam, de utra cum de voluptate simpliciter verb faciat nos cogitare velit: attamen de vera videtur, quid enim philo sopho cum in voluptatem inquirit cum voluptate, quae non es voluptas?

Tamen in tanta falsae quoque in hominum agendo auctoritat diserte et copiose etiam de ea disputare cogitur. Quid igitur mirum quod in definitione quoque quadam hanc iuxta veram ab eo respic videbimus?

Tertium functionem summam, contemplandi dico, voluptatis non ie expertem vidimus. Quodcum alibi contemplationem absolute nmum bonum esse doceat, cum summo bono coniunctam esse vo-ıtatem sequitur.

### D. De priore Nicomacheorum commentatione (VII, 12—15 p. 1152ᵇ 1—1154ᵇ 34).

His omnibus expeditis tandem aliquando armis undique paratis tructi ad tertiam partem viam patefecimus, ad priorem ethicorum voluptate commentationem (VII, 12—15 p. 1152ᵇ 1—1154ᵇ 34), ius fidei probandae causa haec omnis disquisitio suscepta est.

Paucis enim absolventur, quae in libris ethicorum V. VI. de luptate dicta sunt: quod volentem neminem iniuriam pati (V, 16; ) saepius legimus, optime cum prioribus convenit. Imaginem affir-ıtionis et negationis agnoscas VI, 2 p. 1139ᵃ 21 (cf. de an. III, 7 431ᵃ 12; 8, etiam Nic. VII, 7 p. 1149ᵃ 34). Neque cum X, 4 p. 1174ᵇ (*θεωρίαν* quoque voluptatem sequi) repugnat VI, 5 p. 1140ᵇ 13, que enim Aristoteles dicit *τὴν μαθηματικήν*, quae est *τῆς θεωρίας* etaph. V, 1 p. 1026ᵃ 7; X, 4 p. 1061ᵇ 32; ᵇ 17; X, 7 p. 1064ᵇ 2), pertem voluptatis esse, licet sint *ἄλυποι αἱ μαθηματικαὶ* sc. *ἡδοναί* ic. X, 2 p. 1173ᵇ 16), id quod congruit cum VII, 13 p. 1152ᵇ 36. VII. libri capitibus commentariolo continuo antecedentibus haec mmemoranda videntur esse: illud aliunde notum *τὰς ἀρετὰς περὶ ονὰς καὶ λύπας* esse occurrit VII, 4 p. 1146ᵇ 9; 6 p. 1147ᵇ 21; 48ᵃ 5; 15; 16. Deinde cave ab eo, quod coactum gaudere neminem bi invenimus abhorrere putes c. 6 p. 1147ᵇ 24, quis enim non videat : id quod cogat naturam humanam ipsam esse, locis supra laudatis ıd *βίαιον* intelligi (Nic. III, 1 p. 1110ᵃ 1), *οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοι-τη οὖσα ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων ἢ ὁ πάσχων*, cf. 1148ᵃ 21; II,8 p. 1150ᵃ 16. Tum non omnes *λύπας* esse fugiendas id spectat 48ᵃ 19 neque minus nobis notum est 1148ᵃ 22; ᵇ 15. Item in perioribus positum est 1148ᵃ 26 ss., scimus enim legem et normam cti esse sapientem, i. e. *λόγον*, cui is paret. Si autem actionibus r se bonis maiores aut sinceriores rationes, quae sunt eae, quae *τὸν λόγον* propius accedunt, violantur, iam non sunt bonae, id od in Nioben et Satyrum quadrat *τὸν φιλοπάτωρα*. Deinde illa luptatum in *ψυχικὰς* et *σωματικὰς* divisio agnoscitur VII, 7 p. 1149ᵇ 26, ae eadem valet in *ταῖς ἐπιθυμίαις* (8 p. 1150ᵃ 24; 1151ᵇ 23; 35; 52ᵃ 5) neque quicquam attinet aliam quoque occurrere 1149ᵇ 27. m cum Nic. IX, 8 p. 1168ᵇ 17 consentit, quod VII, 8 ss. *οἱ πολλοὶ*

τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ὀρέγεσθαι dicuntur, VII, 8 p. $1150^{b}$ 17 cf.
X, 6 p. $1176^{b}$ 34; IV, 14 p. $1128^{b}$ 3; rhet. I, 11 p. $1371^{b}$ 3
$1370^{a}$ 14 sicut VII, 10 p. $1151^{b}$ 14 eundem scripsisse mihi persua-
qui rhet. I, 11 p. $1370^{b}$ 32 — $1371^{a}$ 3. Postremo in capite X
scriptum videmus ($1151^{b}$ 23) ne deesse quidem qui ἧττον ἢ δεῖ το
σωματικοῖς gaudeant ibique quoque mensura voluptatum dignit
ὁ λόγος statuitur.

Pervenimus iam ad commentationem perpetuam, quae exor-
totius orationis nostrae est.

Ipso initio capitis XII. ($1152^{b}$ 1; 2) in eandem sententiam v
Graecam incidimus (περὶ δὲ ἡδονῆς καὶ λύπης θεωρῆσαι τοῦ τ
πολιτικὴν φιλοσοφοῦντος), quam invenimus Nic. X, 10 p. $1179^{b}$
I, 1 p. $1094^{a}$ 27; 2 p. $1095^{a}$ 15; 16 modoque perstrinximus q
v. 2. 3. et v. 5. 6 praebent neque minus memoria tenemus (X,
p. $1177^{a}$ 22) partem beatitudinis esse voluptatem, quod positum
v. 6. 8.

In sequentibus postquam v. 8 ss. num voluptas bonum
quaerens tres disciplinas enumeravit (X, 1 p. $1172^{a}$ 24 duas tantu
distinguit), in capite XIII. distinctionem gravem introducit volupta
absolutae et voluptatis ad aliquid aliud relatae, quam habes I,
p. $1096^{b}$ 13 (τἀγαθὰ καθ' αὑτὰ et τἀγαθὰ διὰ ταῦτα sive ὠφέλιμ
alibi ἁπλῶς ἀγαθά, τέλη φύσει ἀγαθὰ et ἀγαθά τινι, οὐ τέλη, φαιν
μενα ἀγαθά, cf. I, 1 p. $1094^{b}$ 17; V, 7 p. $1129^{b}$ 3), tum ad volupt
tem relatam transit, neque enim tertium genus esse potest, ut v
Ramsauer: ὅσαι μετὰ λύπης καὶ ἰατρείας ἕνεκεν, οἷον αἱ τῶν καμν
των, quibuscum conferenda sunt X, 2 p. $1173^{b}$ 22 et III, 6 p. $1113^{a}$ 3
13 p. $1118^{b}$ 25; IV, 3 p. $1121^{a}$ 8; VIII, 2 p. $1155^{b}$ 25.

Non ad nova genera, sed ad eadem nova via ducit nos $1152^{b}$
ἔτι ἐπεὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ μὲν ἐνέργεια τὸ δ' ἕξις, κατὰ συμβεβηκὸς
καθιστᾶσαι εἰς τὴν φυσικὴν ἕξιν ἡδεῖαί εἰσιν, cum τὰ κατὰ συμβε
κὸς ἡδέα eadem sint ac τινί, φαινόμενα, quoniam τὰ ὑγιεινὰ non su
τέλη, sed cum dolore et cupiditate coniuncta, cupiditas vero i
quoque ἐπίλυπος. Quae divisio bonorum reperitur VIII, 6 p. $1157^{b}$
Non ἕξιν simpliciter veram voluptatem esse, licet nos habeamus a
quo modo πρὸς τὰ πάθη voluptatis et doloris, vel inde appar
quod ne εὐδαιμονία quidem ἕξις est, cuius pars est voluptas.

Cum $1153^{a}$ 2 — 7 (σημεῖον δ' ὅτι οὐ τῷ αὐτῷ χαίρουσιν ἡ
ἀναπληρουμένης τε τῆς φύσεως καὶ καθεστηκυίας, ἀλλὰ καθεστηκυί
μὲν τοῖς ἁπλῶς ἡδέσιν, ἀναπληρουμένης δὲ καὶ τοῖς ἐναντίοις· καὶ γ
ὀξέσι καὶ πικροῖς χαίρουσιν, ὧν οὐδὲν οὔτε φύσει ἡδὺ οὔθ' ἁπλ

). ὥστ' οὐδ' ἡδοναί· ὡς γὰρ τὰ ἡδέα πρὸς ἄλληλα συνέστηκεν, ω καὶ αἱ ἡδοναὶ αἱ ἀπὸ τούτων) comparanda sunt X, 2 p. 1173 —20, quibus locis ἀναπλήρωσιν voluptatem dici non posse ostenur. Etsi ab ea vituperatione Ramsaueri[39]) Aristotelem vindicare n possum utroque angustius eum adversariorum nomen ad corpus um retulisse, ne id quidem est omittendum illam causam in libro X. atam (v. 10 ἐν ᾧ ἀναπλήρωσις, τοῦτ' ἂν καὶ ἥδοιτο· τὸ σῶμα ἄρα· δοκεῖ δέ) non esse principalem aut unam, veram exstare in VII., i non temere sic concludit: τὰ ἀγαθά τινι vel οὐ τέλη ὄντα vel ὸς ἕνεκα vel κατὰ συμβεβηκὸς vel ἰατρεύοντα, quae posita sunt in nsitu εἰς τὴν φυσικὴν ἕξιν, non sunt ἀγαθὰ καθ' αὑτὰ vel re vera αθά, ergo ne ἡδοναὶ quidem, quae cum talibus bonis coniunctae nt. Nunc autem ἡ ἀναπλήρωσις non nisi κατὰ συμβεβηκὸς bonum :, ergo re vera neque ipsa bonum neque voluptas cum ea coniuncta luptas. Ceteroquin nequaquam eum fugisse esse etiam quibus et ns et animus hominum egeat, esse quendam appetitum, quo summa aeque petamus (Ramsauer ad 1153ª 1), argumento est rhet. I, 11 1371ª 34 ἐν δὲ τῷ μανθάνειν εἰς τὸ κατὰ φύσιν καθίστασθαι :. ἐστίν).

Duo igitur τῶν ἡδέων genera luculentissime 1153ª 3 ss. distinuntur:

1. τὰ τῆς φύσεως καθεστηκυίας ἡδέα, τὰ ἁπλῶς ἡδέα.
2. τὰ τῆς φύσεως ἀναπληρουμένης ἡδέα, τὰ εἰς τὴν φυσικὴν ἕξιν καθιστάντα ἡδέα, verbo: ἡδέα relata.

Quoniam autem ὡς τὰ ἡδέα πρὸς ἄλληλα συνέστηκεν, οὕτω καὶ ἡδοναὶ αἱ ἀπὸ τούτων (1153ª 7), hic voluptatum quoque duo nera agnoscuntur, alterum quae sunt, alterum quae ex ratione adam videntur, non sunt. Quodcum philosophorum subtilitatis sit diiudicandum inclinare neque pati notiones parum perspicuas atque rtas Aristoteles libentissime illud genus non verum prorsus neglegit VII, 13 p. 1153ª 6 ὥστ' οὐδ' ἡδοναὶ ne tantulo quidem aliter iudicat X, 2 p. 1173ᵇ 7 ss. οὐδ' ἔστιν ἄρα ἀναπλήρωσις ἡδονή. Attamen ilo minus ipse hoc rigore philosopho et duritie non auferre potest ıd relatum genus in vita hominum late divisum atque dispersum ıque idem eas quoque voluptates in opere populari agnoscere cogitur n minus in libro VII. ἀναπληρουμένης δὲ καὶ τοῖς ἐναντίοις (sc. χαίρουσιν)· καὶ γὰρ ὀξέσι καὶ πικροῖς χαίρουσι, ib. c. 13 p. 1152ᵇ35 ι καὶ ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας εἰσὶν ἡδοναί quam in X. (1173ᵇ14) εεῖς γὰρ γινομένους καὶ προλυπηθέντας ἥδεσθαι τῇ ἀναπληρώσει. το δ' οὐ περὶ πάσας συμβαίνει τὰς ἡδονάς. Duplicis hac re determi-

nationis exstat facultas, et accuratioris, quae veram voluptatem sola respicit, et laxioris, quae iuxta illam excipit relatam. In priore tu occupatus erit, cum id ipsum aget, ut naturam voluptatis eiusque not onem ad subtiles philosophandi rationes revocet. Id quod in X. libr fit, neque vero ita, ut non alteram quoque auctori notam esse cogn scatur. Vera autem a sententia sua ne ibi quidem desciscit, ubi ea quae videtur tantum adiungit. Micam igitur recti in adversarioru definitione inesse Aristoteles concedit, id tantum vituperat, qu notionem non totam complectitur, sed partem et eam quidem leviore

E. De *καταστάσει* rhetoricorum (I, 11 p. 1369b 34).

Quam eandem micam Aristoteles in suam definitionem rhet I 11 recepit et nunc tempus est reverti ad alteram partem illius lo ad nomen *καταστάσεως*, ut inter eum et utrumque ethicorum n cessitudines intimas detegamus. *Κατάστασιν* enim idem valere atq *ἀναπλήρωσιν* ex superioribus apparet et vel illud *τῆς ψυχῆς* additu *κινήσεως* voci, *εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν* additum *καταστάσεως* ostend *κινήσεως* vocem (scilicet *τελείας*) complecti veram voluptatem anima vel potius eius animae, qua homo talis est, i. e. *τοῦ νοῦ*, *κατάστασ* pertinere ad voluptatem relatam, quae videtur modo, quam eti corporis dicit, quod posita est in transitu in habitum naturalem. e statu sanitatis nondum restitutae sed etiamtum redeuntis manet.

De Trendelenburgii autem sententia ideo quoque desistendu est, quod Plato ille quidem *καταστάσεως* voce utitur (Phil. 42 D; 46 ( utitur *κινήσεως* (de rep. 583 E), nunquam autem coniungit *κίνησ* *καὶ κατάστασιν*. Itaque *ἤ* saltem pro *καὶ* poni opus fuit.

Quod vero facile sit maximum, si semel Platonis sententia ni voluisset Aristoteles, singulas quoque voluptates ad eam revoca opus fuit, non ad sui ipsius cuiusque amorem, a quo extremo pri cipio repetit voluptatem ipse. Isto modo fecisset velutsi qui fund menta agit aedificii, id exstruit iuxta ea.

Et id quoque cadit, quod Trendelenburg ex illo *ὑποκείσθ ἡμῖν* colligere videtur.

Neque enim quod ponatur, non doceatur, ideo sibi sumere del temere ponere aut ponere quod alibi proprie reiicit. At ponit nih aliud, ac quod alibi docuit, non id quidem uno tenore, sed aliud alib nisi quod momentum alterum ut in philosophia vanum, ita in u cottidiano praegrande a philosopho alteri non aequatum consilii vu garis causa una cum graviore respicit.

Eorum oppugnatio, qui *γένεσιν* voluptatem esse docent (VII, 13 1153a 7—17), consentit cum X, 2 p. 1173 a29; b4; 3 p. 1174 b9, i in eadem causa est *κίνησις*, scilicet *ἀτελής*.

### F. De septimi libri Nicomacheorum quam volunt definitione (13 p. 1153 a12).

Ad rem iam aggredimur satis celebratam, quam ego mihi ex- mam proposueram, dico definitionem quam quidam vocant Nic. VII, p. 1153 a12, ex qua in totum librum VII. vel in tres omnes ad- rsarii argumenta eruerunt firmissima.

Quae si causa cadat, fieri non posse disceptatores quidam putant, in omnium trium librorum fides concidat, in primis studiorum istoteleorum existimator et iudex, Spengel, Aristotelische Studien ). 29: Wer wie ich die Überzeugung ausspricht, dass der zweite il des VII. Buches über die *ἡδονή* nicht von Aristoteles stamme, nn sich kaum der Folgerung entziehen, dass auch die erste grössere lfte über die *ἐγκράτεια* damit für die Nicomachien verloren gehe. iter iudicat H. Rassow l. l.

Haec ne longe abeam sunt verba ipsa: *διὸ καὶ οὐ καλῶς ἔχει αἰσθητὴν γένεσιν φάναι εἶναι τὴν ἡδονην, ἀλλὰ μᾶλλον λεκτέον ργειαν τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως, ἀντὶ δὲ τοῦ αἰσθητὴν ἀνεμπόδιστον,* quibus Kaas definitionem collegit hanc: *ἡ ἡδονὴ ἀνεμπόδιστος ἐνέρ- α τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως.* Quam Aristotelis esse negant Brandis[40], ller, Fritzsch[41], Kaas, cum alii ut Ritter[42], Baumgart[43]) eam ut tonis respiciant, Bendixen et Ramsauer ut vere Aristoteleam dicent, e quibus contra alterum genus iam pridem desitum est putari. In tribus praecipue viri docti offenderunt, summum in sex, i fallor, offendi possit, ne cui dubitationi non videatur esse respon- n. Agedum quae earum causarum resideant consideremus, quae ı vel nostra nobis inquisitione antecedente vel aliorum refutatione utae esse videantur.

Primum in eo offendunt, quod *ἐνέργεια* dicitur hic voluptas, cum disputatione posteriore, quae sit curiosior, significatio pariter certa ideretur.

Atque in hac re statim insistentes cornibus taurum arripiamus, isto enim capite manat haesitatio gravissima. Ego autem existimo, hanc captionem solvero, iacere ista omnia. Neque enim id modo erunt adversarii, cur hic nomen emergat, ibi non, sed longius iam vecti quam illa ipsa res postulat ne haberi quidem in X. libro alicubi ab Aristotele *ἐνέργειαν* voluptatem concludunt sine dubio

ratione non iusta. Nos autem nunc fructum percipientes disquisitioni nostrae superioris quid est cur non pro rato ducamus habuisse Aristotelem certe voluptatem pro ἐνεργείᾳ, id quod solum in praesenti agitur, cum utrum etiam alibi eam ita dixerit necne minus interšit. Ac tamen, quamquam non scimus an in rebus apertissimis, ut nobis quidem videtur, nimium longi simus, ostendere conabimur verbis etiam ἐνέργειαν significasse eam Aristotelem.

Quibus autem rationibus voluptatem significat, hae sunt omnes et comparationis causa etiam quibus τὴν εὐδαιμονίαν afferam.

Neque vero minus inveniuntur de hac

et ἡ εὐδαιμονία ἐστὶν ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις (Nic. X, 6 p. 1177 a 10).

vel ἐστὶ κατὰ τὴν κρατίστην seu τελειοτάτην (ib. X, p. 1177 a 13).

vel φαίνεται ὄντα κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν (ib. b 23).

vel δοκεῖ εἶναι ὁ εὐδαίμων βίος κατ' ἀρετὴν (ib. a 1).

et ἡ εὐδαιμονία ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια (ib. 1177 a 12).

vel ἐστὶ θεωρητική τις ἐνέργεια (ib. X, 8 p. 1178 b 7; 18).

vel ὥστ' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις (ib. 32), cf. οὐ ἔστιν ἕξις (X, 6 p. 1176 a 33).

leviora sunt οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ εὐδαιμονεῖν (ib. 30) ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία (ib. 29). εἰς ἐνέργειάν τινα θετέον (sc. τὴν εὐδαιμονίαν) (X, p. 1176 b 1).

quam de illa ἡ ἡδονή ἐστιν ἐν τῇ ἐνεργείᾳ (X, 4 p. 1175 a 1).

vel ἐστὶν ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι (rhet. I, 11 p. 1370 a 27).

vel οἰκειότεραι ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναί (Nic. X, p. 1175 b 30).

vel ἕπεται παντὶ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἡδονὴ καὶ λύπη (ib. II, 2 p. 1104 b 14).

vel ἕπονται ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἡδοναί (ib. X, 5 p. 1176 a 2

vel ἕπεται ἡ ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ (ib. X, 4 p. 1175 a 5).

vel ἐστὶν κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν ἡδονή (ib. 1174 b 20).

vel γίνεται καθ' ἑκάστην αἴσθησιν ἡδονή (ib. b 26).

vel ἐστὶ καθ' ἑκάστην ἐνέργειαν οἰκεία ἡδονή (ib. X, p. 1175 b 26).

vel ἡ ἡδονὴ κατὰ τὴν ἐνέργειαν (ib. p. 1176 a 4).

Vel hinc manifestum est unum et idem valere εἶναι ἔν τινι, εἶναι κατά τι, ἕπεσθαί τινι atque ipsum εἶναί τι. Quoniam enim ratio inter beatitudinem eiusque propriam functionem intercedens si

lubio simillima, immo eadem est, ne dicam ipsam beatitudinem esse 'oluptatem quandam, curnam tandem quod in illa valet, non valebit n hac? Quid quod ἕπεσθαι ταῖς ἐνεργείαις idem sonare atque εἶναι ἐκ ·ῶν ἐνεργειῶν, numerari inter ἐνεργείας, ipsis verbis dicitur Nic. X, 5 ). 1176ª 24 τῶν δ' ἐπιεικῶν εἶναι δοκουσῶν ποίαν ἢ τίνα φατέον ·οῦ ἀνθρώπου εἶναι; ἢ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν δῆλον; ταύταις γὰρ ἕπονται ɩί ἡδοναί. εἴτ' οὖν μία ἐστὶν εἴτε πλείους αἱ τοῦ τελείου καὶ μακα-)ίου ἀνδρός, αἱ ταύτας τελειοῦσαι ἡδοναὶ κυρίως λέγοιντ' ἂν ἀνθρώπου ͅδοναὶ εἶναι. An non illud ipsum ἕπεσθαι causa habetur illius εἶναι ἐκ? Quidnam autem tandem aliud significare quispiam velit εἶναι ἐξ ἐνερ-ɣειῶν nisi unam ex iis, i. e. ipsam ἐνέργειαν esse? Idemque ɜtiam apertius si modo potest fit inde, quod modo τὴν ἡδονὴν ἕπεσθαι ɼοῖς πάθεσι dicitur (Nic. II, 4 p. 1105ᵇ 23), modo τὴν ἡδονὴν εἶναι πάθος (ib. II, 5 p. 1106ᵇ 20; de anima I, 5 p. 409ᵇ 15 τὰ πάθη καὶ τὰ ἔργα τῆς ψυχῆς ἀποδιδόναι, οἷον λογισμούς, αἰσθήσεις, ἡδονάς, λύπας, ὅσα ἄλλα τοιαῦτα), qua in re recordemur πάθος congruere :um ἐνεργείᾳ ita, ut utraque voce idem ex duabus rationibus signi-icetur. Id vero optimum, ut ἐνέργειαν perhorreant, πάθος facile ›atiantur!

Sed quoniam professus sum ipsis verbis quoque Aristotelem ·ὴν ἡδονὴν ἐνέργειαν dixisse me ostenturum esse, quid attinet di-mittendum nobis esse, ne captionibus irretiamur, hunc ipsum de quo ıgimus locum Nic. VII, 13 p. 1153ª 12? Restant loci duo, qui con-ʻelli non possunt. An vero verbum pro substantivo positum quis-)iam carpet de anima III, 7 p. 431ª 10 καὶ ἔστι τὸ ἥδεσθαι καὶ λυ-πεῖσθαι τὸ ἐνεργεῖν τῇ αἰσθητικῇ μεσότητι πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ᾗ τοιαῦτα? Pluribus agendum de metaph. XI, 7 p. 1072ᵇ 16 ἐπεὶ καὶ ἡ ἡδονὴ ἐνέργεια τούτου (sc. τοῦ θεοῦ) ut Bekker noster recepit, ἐπεὶ καὶ ἡδονὴ ἡ ἐνέργεια τούτου ut Bonitz emendavit. Ad quae Kaas: Dass diese Lesearten in ihrem Sinne wesentlich verschieden sind, ist sicher, da man das allgemeine und bejahende Urtheil nicht schlechthin und ohne Einschränkung umkehren darf. O plumbeum pugionem! A quaestione perversa ad exitum descendit perversum. Neque enim ea quaestio hic proponenda est, utrum functio quaedam sub voluptatem subiecta sit (ἡδονὴ ἡ ἐνέργεια τούτου) an omnis vo-luptas contineatur functione dei (ἡ ἡδονὴ ἐνέργεια τούτου), id quod prorsus absurdum est, sed id agitur utrum Aristoteles pro ἕπεσθαι τῇ ἐνεργείᾳ, εἶναι κατὰ τὴν ἐνέργειαν quae sunt similia dicat εἶναι ἐνέρ-γειαν. Dicit autem aperte in utramque partem, neque enim dei voluptas aliter se habere potest ad functionem suam atque hominum, ergo

etiam dei voluptas non unum et idem re vera est ac functio, quippe quae sit θεωρία, sed individue tantum cum ea est sociata. Itaque hic ut VII, 13 eandem neglegentiam committit philosophus idem esse utramque dicens, quarum re vera una alteram sequitur. Quod autem 1175 b 30 (cf. p. 15) proprie aliud esse voluptatem commemorat, aliud eius functionem, inde non ut voluptas ne sit ipsa quoque functio, sed ut voluptas non sit eadem functio quam sequatur effici in promptu est.

Deinceps adversarii coniunctionem confusionemque voluptatis et functionis lib. VII, 13 notant. Qua de re quid sentiamus iam antea diximus. Perfecto enim conclusoque et esse vere voluptatem functionem suoque iure ac merito ita dici posse et indiligenter Aristotelem ut in opere populari ambarum distinctionem omittere nihil praeterea est magno opere dicendum. Ipsius autem voluptatis cum nomen generale dicat ἐνέργειαν nusquam, ἐνέργειαν per illam neglegentiam eam dicit saepius. Quae neglegentia illo ipso loco eo facilius fertur quam alibi quod ibi rem occasione tantum data et quasi in transitu attingit.

Iam enim de tertia offensione dicturi sumus, in lib. VII. certam definitionem legi, in X. pro definitione tantum descriptionen (Fritzsche p. 185). Profecto mirum esset si hoc iam loco definitio exstaret, cum quae quaestione ea constitui debebat, ea in X. demum sequeretur. At non est ea definitio Aristotelis iusta, adversariorum potius definitio (αἰσθητὴ γένεσις ἡ ἡδονή) in Aristotelis sententiam qua licebat correcta per occasionem ante tempus philosopho ut falsae opponeretur elicita. Qua de re simile iudicium facit Wiggert p. 11[44]). Non integram philosophi sententiam exprimi, sed ea ratione, e qua sola de hoc loco est iudicandum, obstrictum eum fuisse inde sentitur, quod nimis scrupolose singulas voces pro singulis substituit, ut accurate genus generi (γένεσις — ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως), differentia differentiae (αἰσθητή — ἀνεμπόδιστος) respondeant.

Tandem aliquando res affertur, quae aliquid offensionis habere videatur. Id quidem nobis persuasimus cum Bendixeno[45]) polit. IV, 11 p. 1295a 35 εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον nos revocari ad nullum alium ethicorum locum, ac de quo nunc agimus (dico capita 13. 14). Quae enim contra disputat Kaas[46]), in iis ita ruit itaque turbat, ut quo impetus eius pertineat, non intellegamus.

Ad quos enim tres locos ethicorum praeterea spectare posse philosophum Bonitio (in indice p. 101 b23) auctore usus vult, eorum primus nullus alius haberi potest atque idem quem dicit Bendixen ipse quoque VII, 14 p. 1153b 10 εἴπερ ἑκάστης ἕξεώς εἰσιν ἐνέργειαι

νεμπόδιστοι, quae continuo excipiunt illa Bendixeni. Quid vero sibi elint loci duo ceteri I, 6 p. 1098a 16; X, 7 p. 1177a 12, quos arripit x indice s. v. Ἀριστοτέλης, equidem nescio, cum priore nihil scriptum ideamus nisi τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν, osteriore εἰ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια, proinde quasi de ›cis agatur, qui ad ethica ommino remittant. Neque ulla alia de causa os collegit Bonitz, nisi quod iis ex politicis relegamur ad ethica, on quo iis quoque inveniatur τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι ἐνέργειαν ἀν-μπόδιστον. Kaas in eo quoque peccat, quod ideo 1295a 35 ad efinitionem pertinere non concedit, quod illic de vita beata, hic de oluptate (recte dicendum fuit de ἐνεργείᾳ) agatur. Primum enim endixen non ad definitionen, sed ad 1153b 11 revocat, qui et ipse st de vita beata. Deinde licet illic de εὐδαιμονίᾳ dicat, quid attinet, uoniam etiam ἡ εὐδαμιονία est ἐνέργεια. Si autem testis exstat ›ci 1153b 11, testis idem valet de definitione, nempe de auctoritate ›tius disputationis, non solius definitionis quaeritur. Denique rofecto prorsus ex sententia eius philosophi vox ἀνεμπόδιστος cripta est, in cuius doctrina neminem coactum gaudere positum st. At de vi vocis ἀνεμπόδιστος recte iudicat Kaas p. 43: Der usdruck „ἀνεμπόδιστος, ungehemmt" wechselt als synonym mit τέλειος, vollkommen, vollendet". Accuratius autem τέλειος κατ' ἀρετήν icendum fuit.

Qua in tota re nihil miror, nisi quod ἀνεμπόδιστον substitui ult pro αἰσθητῷ, cum utraque voce opus esse videatur. Sed cum ppositionis causa accuratioris alteram tantum ponere ei liceret, νεμπόδιστον praetulit ut magis necessarium, in primis enim eam unctionen, de qua gaudeamus, qualitate perfectam esse opus est. ἰσθητὸς autem adversariorum non idem, quod ex Aristotelis sententia ic opus fuit, significat: adversariorum perceptionem per sensus exteros ictam sonat, Aristotelis perceptionem interiorem vel illius in nobis udicantis. Rectius igitur adversariorum adiectivo respondet ἀνεμπό-ιστος ut ipsum quoque ad sensus spectans. Ergo suo quodam iure ι definitione adversariorum modificanda αἰσθητὸν missum facit, ἀνεμ-όδιστον recipit. Quantopere ei necessarium videatur esse τὸ ἀνεμ-όδιστον ad voluptatem inde apparet, quod eam notam solam ei nctioni addit, quae sit beatitudo VII, 14b 11 ἂν ᾖ ἀνεμπόδιστος, uippe quo uno nomine voluptas fiat. Nempe aliter evadit dolor. ua de re recte iudicat Ramsauer[47]).

Quintum in eo offenditur, quod eiusdem rei duae commentationes stant neque in posteriore mentio fit ulla prioris. Sed aliae quoque

res in opere non ita diligenter disposito plus semel utcunque orati
fert tractantur, velut temperantia in libro III. et eadem in VII. (c
Calmus p. 10).

Relegare autem in posteriore commentatione ad priorem e
minus necessarium sit, quod in illa X, 3 p. 1174 a13 ipsis verbis
integro rem tractari oportere dicit (*καταφανέστερον γένοιτ' ἂν ἐξ
ἀρχῆς ἀναλαβοῦσιν*), id quod potissimum certo quidem respicit e
quae proxime antecedunt (inde a 1172 a19—1174 a12), secundum ve
ea cur non etiam de omnibus cogitari possit, quaecunque toto opere k
illic de re antea dicta sunt?

Ad postremum inter se pugnare dicunt (Schleiermacher
p. 330; Fischer l. l. p. 5—6 adnot.; Fritzsch l. l. p. 188. 7; Speng
Münchener Gelehrte Anzeigen 1852 p. 442) librum VII. et
quod in septimo voluptas in bonis numeratur, quin etiam summ
bonum ponitur in voluptate quadam (VII, 14 p. 1153 b 4 *ἀνάγ
οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν τι εἶναι*, etiam summum v. 7 *ἄριστόν τ' οὐδ
κωλύει ἡδονήν τινα εἶναι, εἰ ἔνιαι φαῦλαι ἡδοναί.* — v. 9 *ἴσω
δὲ καὶ ἀναγκαῖον, εἴπερ ἑκάστης ἕξεώς εἰσιν ἐνέργειαι ἀνεμπόδιστο
εἴθ' ἡ πασῶν ἐνέργειά ἐστιν εὐδαιμονία εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν, ἂν ᾖ ἀνε
πόδιστος, αἱρετωτάτην εἶναι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡδονή. ὥστε εἴη ἄν τι
ἡδονὴ τὸ ἄριστον, τῶν πολλῶν ἡδονῶν φαύλων οὐσῶν, εἰ ἔτυχε
ἁπλῶς. καὶ διὰ τοῦτο πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν οἴονται βίον εἶνα
καὶ ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν, εὐλόγως.* — v. 25 *κ
τὸ διώκειν δ' ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους τὴν ἡδονὴν σημεῖόν
τοῦ εἶναί πως τὸ ἄριστον αὐτήν*), cum X, 2 p. 1172 b9ss. contra E
doxum, qui *τὴν ἡδονὴν τἀγαθὸν ᾤετ' εἶναι* disputet. Sed non dispu
contra Eudoxi sententiam, neque enim eam ipsam spectat reprehen
1172 b26 (*ἔοικε δὴ οὗτός γε ὁ λόγος τῶν ἀγαθῶν αὐτὴν ἀποφαίνει
καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἑτέρου*), sed vitiosam tantum eius probandae rati
nem, quo latere argumentationis aperto Platonici utuntur, ut ipsu
placitum eruant. Ipse autem Aristoteles ut id reiiciat tantum abe
ut etiam v. 35 *οἱ δ' ἐνιστάμενοι ὡς οὐκ ἀγαθὸν οὗ πάντ' ἐφίεται, μ
οὐθὲν λέγωσι· ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ, τοῦτ' εἶναί φαμεν. ὁ δ' ἀναιρῶ
ταύτην τὴν πίστιν οὐ πάνυ πιστότερα ἐρεῖ*) patrocinium eius suscipi
Id quod recte perspexerunt Ramsauer (ad 1172 b26) et Wigge
(p. 13). Cum autem 1172 b15 de Eudoxi placito dicit *ἐπιστεύον
δ' οἱ λόγοι διὰ τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μᾶλλον ἢ δι' αὐτούς*, non illu
per se quoque probari posse negat, licet Eudoxi argumenta non suf
ciant. Apertissime VII. libro obstare videantur 1174 a8 *ὅτι μὲν οὐ
οὔτε τἀγαθὸν ἡ ἡδονὴ οὔτε πᾶσα αἱρετή, δῆλον ἔοικεν εἶναι.* S

latim addit *καὶ ὅτι εἰσί τινες αἱρεταὶ καθ' αὑτὰς διαφέρουσαι τῷ* 'δει ἢ ἀφ' ὧν, ut ne hic quidem *τινὰ ἡδονὴν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν* raecludatur. Articulus enim (1178ª 9 *ἡ ἡδονή*) generaliter ut dicunt ic usurpatur. Ubinam autem tandem voluptatum totum genus vel uamvis unam summum bonum dicit? Contra in libro VII. quandam. 'uinam igitur tandem metuendum sit ne quid de honestate Aristotelis etrahatur, si appareat re vera eum voluptatem quandam summum onum esse docuisse, modo ne sit illa voluptas inhonesta, equidem rorsus non intellego. Est autem quae omnium exstat honestissima t sincerissima, quae si integra et plena homini contingeret roxime ad deorum numen accederet. Proinde quae tandem ista uaedam est? Non deest nobis ipse decimus liber, quem repugnare olunt cum septimo, quaestionemque solvit illius. *Θεωρητικὴν* enim νέργειαν docet philosophus X, 7 p. 1177ª 12 esse absolute *τὴν εὐδαι-ονίαν* vel *θεωρίαν τινὰ* X, 8 p. 1178ᵇ 32. Licet dei solius ea vera it, nos autem ut homines (1178ᵇ 33 *ἀνθρώπῳ ὄντι*, 1178ᵇ 7 *πρὸς ὸ ἀνθρωπεύεσθαι*) aliarum praeterea rerum indigeamus (X, 9 p. 1178ᵇ 33 εήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας ἀνθρώπῳ ὄντι; cf. ib. ª 23), ne ransversum quidem, quod aiunt, digitum ab his discedit liber VII, 14 . 1153ᵇ 17 *διὸ προςδεῖται* (*προς τὴν ἡδονήν τινα*, quae est *τῇ εὐ-αιμονίᾳ* implicata) *ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώματι ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐκτὸς αὶ τῆς τύχης, ὅπως μὴ ἐμποδίζηται ταῦτα* (cf. polit. VII, 1 p. 1323 25; c. 13 p. 1331ᵇ 41), haec enim omnia non per se, sed *τῆς θεωρίας* ıntum gratia partes beatitudinis habentur humanae, vera autem et bsoluta manet *ἡ θεωρία, καὶ οὐ διώρισται ταῦτα κατὰ τὸ Δηλιακὸν πίγραμμα·*

*κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν·*
*ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.* (Nic. I, 9 p. 1099ª 25).

Quo autem magis *τὸ θειότατον* solum in homine valebit et quo ropius ipse ad *τὴν αὐτάρκειαν* accedet, quae *περὶ τὴν θεωρητικὴν ιάλιστ' ἂν εἴη* (X, 7 p. 1177ª 27), eo magis *καὶ καθ' αὑτὸν ὢν δύ-νται θεωρεῖν καὶ ὅσῳ ἂν σοφώτερος ᾖ μᾶλλον* (1177ª 32; cf. ᵇ 19). uamquam autem (1177ᵇ 26) *ὁ τοιοῦτος ἂν εἴη βίος κρείττων ἢ κατ' νθρωπον*, quod *οὐ ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν οὕτως βιώσεται, ἀλλ' ᾗ θεῖόν ἐν αὐτῷ ὑπάρχει*, nihilo secius etiam homini illa vera beatitudo species optima manet appetenda (X, 7 p. 1177ᵇ 31 *οὐ χρὴ δὲ κτὰ τοὺς παραινοῦντας ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα οὐδὲ νητὰ θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀθανατίζειν καὶ πάντα ποιεῖν ρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὑτῷ*; I, 1 p. 1094ª 23 *καθά-ερ τοξόται σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος*)

ideo — et id momentum suppeditat liber septimus mirabili quadam cum decimo conspiratione — quod πάντα φύσει ἔχει τι θεῖον (VII, 14 p. 1153ᵇ 32) vel quod ἴσως δὲ καὶ ἐν τοῖς φαύλοις ἐστί τι φυσικὸν ἀγαθὸν κρεῖττον ἢ καθ' αὑτά, ὃ ἐφίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ.

Et adhuc quidem ita nobis progressa ratio est, ut paululum quiddam abest, quin ad calcem pervenerimus. Confunditur autem etiam in hac re functio cum voluptate sua, id quod nobis tritum est. Rem sic se habere docet lib. VII, 14 p. 1153ᵇ 10 s., ubi quasi per terminum medium' beatitudinis voluptas pro functione poni potest: v. 10 εἴθ' ἡ πασῶν (ἕξεων) ἐνέργειά ἐστιν εὐδαιμονία εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν, v. 11 ἡ εὐδαιμονία αἱρετωτάτη ἐστίν, v. 12 τὸ αἱρετώτατόν ἐστιν ἡδονή (deest articulus), v. 12. ὥστε εἴη ἄν τις ἡδονὴ τὸ ἄριστον.

Haec igitur nostrae rationis est conclusio:

Secundum l. VII. beatitudo est voluptas quaedam vel eius functio.

Secundum l. X. dei beatitudo est θεωρία vel eius voluptas.

Secundum l. VII. et X. in homine quoque aliquid divini inest, ergo voluptas quaedam, voluptas τῆς θεωρίας, beatitudo est.

Elucescitne iam quam perverse adversariorum sententia philosophum duci iudicaverint Antonius l. l. p. 8; 15 et Wiggert l. l. p. 13?

Copiam quam potuimus persecutis totam sententiam nostram sic nobis licet concludere:

1. Ex tribus illis quae in rhet. et eth. exstant de voluptate commentationibus ad philosophandi subtilitatem redacta au veluti cum pulvisculo exhausta materia est nulla. Philosophiae praeceptis severis et artis absolutione conclusa fuit libello illo perdito περὶ ἡδονῆς inscripto, de quo Diogenes Laertius memorat V, 21 sub numero XVI, anonymus Menagius s. n. XV, Ptolemaeus apud Ibn el Kifti et Ibn Abi Oseibia s. n. XVI[48])
2. Quae in rhet. et eth. de voluptatis natura afferuntur, membra sunt disiecta communis cuiusdam sententiae omnibus iis subiectae. Quam ob rem illa quidem ipsa inter se omni parte congruere non videntur neque necesse est, necesse est omnia ab illa communi non dissentiant et si ad eam referantur repugnantia diluantur.
3. Non exstat illa communis sententia, quam nullam aliam fuisse nos licet opinari atque illo libello peculiari explicatam, colligi autem potest ex tribus disputationibus adhibitis cum aliis locis tum de anima III, 7 p. 431ᵃ 8—12 et rhet. I, 11 p. 1370ᵃ 2 et Nic. IX, 9 p. 1170ᵃ 31:

a. Quam subtilissime sic: voluptas vel dolor ea functio animae est, quae individue coniuncta est cum functione iudicandi sensuum, mentis, contemplationis functionum qualitate animae naturam aut affirmari aut negari.

b. Hebetius sic (in Nic. X.): voluptas vel dolor functio de sensuum etc. functionum qualitate iudicandi ipsa est cum his functionibus intime coniuncta.

c. Etiam hebetius (in Nic. VII.): voluptas vel dolor ipsa videntur functiones illae esse qualitate aut perfectae aut impeditae.

d. Et si voluptatis quae videtur quoque ratio habetur (rhet.), praeter illam functionem etiam reditus in statum naturalem voluptas est.

Semper functio sensuum etc. accedente demum voluptate in veram et plenam animae functionem effertur. Discrimen quo differre vult voluptatem a functione quam sequitur naturale in optabili positum e manu elabitur.

4. Sic quae in eth. et rhet. videntur repugnare inter se conciliantur:

a. Eth. VII. voluptas functio dicitur, l. X functio percipitur saltem, rhet. motus dicitur alia ea quidem voce, quae autem idem ac functio valet et praeterea quae videtur propria voce significatur.

b. Eth. X. distinctio voluptatis et functionis tenuissima habetur, nonnusquam neglegitur, l. VII. prorsus neglegitur.

c. Eth. VII. voluptas quaedam summum bonum dicitur, l. X. contemplatio absolute summum bonum describitur, et idem cadit in eius voluptatem.

Ad postremum tres commentationes et inter se et cum aliis locis dispersis ita sunt cardinatae et aptatae et inter se consentientes et complentes et explicantes, ut licet sit cur queramur philosophi inelegantiam dispositionis et incuriam explicationis, cur rhetoricorum definitionis sententiam, ethicorum libri VII. commentationem universam Aristoteli abiudicemus in rebus invenire possim nihil.

# Notae.

1) Primum eth. Nic. VII, 12—15 Eudemo tribuerunt librorum II., IV., VI commentarii ἀνωνύμου ἢ ὥς τινες ὑπολαμβάνουσιν Ἀσπασίου, de quo vide L. Spengelium, Über die unter dem Namen des Aristoteles erhaltenen ethischen Schriften, Abhandlungen der philosophisch-philologischen Classe der Königlich Bayerischen Akademie der Wissenschaften, 3. Bd. 2. und 3. Abteilung, München 1841, p. 520 et quanti eius auctoritatem pendas, Haecker Beiträge zur Erklärung und Kritik des siebenten Buches der Nikomachischen Ethik, Berlin 1869. Postquam Giphanius iam et Casaubonus difficultatem notaverunt, ex nostri saeculi initio numerus satis amplus virorum doctissimorum et sagacissimorum rem de integro celebraverunt, alii de ampliore illa quaestione scribentes, alii de nostra angustiore. Quot quidem mihi innotuerint ex ordine hi sunt: Christianus Pansch, De ethicis Nicomacheis genuino Aristotelis libro, Bonnae 1833. — F. Schleiermacher, sämmtliche Werke, 3. Abteilung, zur Philosophie, 3. Bd. Berlin 1835. — L. Spengel, Über die unter dem Namen des Aristoteles erhaltenen ethischen Schriften, nebst einem Anhange: 1) über Ethic. Nicom. VII, 12 und X, 1; 2) über Ethic. Eudem. VII, 13—15, l. l. p. 439—551; cf. Münchener Gelehrtenanzeiger 1852 No. 54. 56. — Alb. Max. Fischer, De ethicis Nicomacheis et Eudemiis quae Aristotelis nomine tradita sunt, Bonnae 1847. — H. Fritzschius in prolegomenis ethicorum Eudemiorum, Ratisbonae 1851. — J. Bendixen, De Ethicorum Nicomacheorum integritate, Ploen 1854. — Idem, Bemerkungen zum VII. Buche der Nicomach. Ethik, Philologus X, p. 199—210. 263—294. — Rieckher, Die drei der Nikomachischen und Eudemischen Ethik gemeinsamen Bücher, Zeitschr. f. d. Altertumswissensch. 1856, No. 15. 16. — H. Anton, Quae ratio inter Ethic. Nicom. VII, 12—15 et X, 1—5 intercedat, Dantisci 1858 (qui libellus mihi non fuit promptus). — Chr. Pansch, De ethicorum Nic. VII, 12—15 et X, 1—5, Eutin 1858. — W. R. Kranichfeld, Platonis et Aristotelis de ἡδονῇ sententiae, Berolini 1859. — H. Rassow, Beiträge zur Erklärung und Texteskritik der Nikomachischen Ethik des Aristoteles, Weimar 1862. — Kalmus, Aristotelis de voluptate doctrina, Pyritz 1862. — L. Spengel, Aristotelische Studien I, Abh. d. philos.-philol. Classe der

Königl. Bayerischen Akademie, X. Bd. 1863. 1866 p. 169. — C. W. Schmidt, Über die Einwürfe des Aristoteles in der Nikomachischen Ethik gegen Platos Lehre von der Lust, Bunzlau 1864. — H. Rassow, Beiträge zur Erklärung des VII. Buches der Nikomachischen Ethik des Aristoteles, Weimar 1868. — Haecker, Beiträge zur Erklärung und Kritik des siebenten Buches d. N. E., Berlin 1869. — J. Wiggert, De Aristotelis Ethicorum Nicomacheorum lib. VII c. 12—15, Stargard 1871. — H. Rassow, Forschungen über die Nikomachische Ethik d. A., Weimar 1874. — L. Diederichsen, In welchem Verhältniss stehen das V., VI. und VII. Buch der Nikomachischen Ethik zu den vorhergehenden und die erste Behandlung der ἡδονή und λύπη zur zweiten? Flensburg 1877. — G. Kaas, Die Lehre des Aristoteles von der Lust (ἡδονή). Excurs über die Definition: Die Lust ist eine ungehemmte Thätigkeit des naturgemässen Zustandes, Graz 1878. — G. Ramsauer, in commentariis ethicorum Nicom. Lipsiae 1878. — D. J. Olympios, Ἀριστοτέλους διδασκαλία περὶ ἡδονῆς 1879. — F. Susemihl, Über die nikomachische Ethik des Aristoteles.

) Aristotelis de anima libri tres, ed. F. A. Trendelenburg, Berolini 1877, p. 177.

) R. Eucken, De Aristotelis dicendi ratione. I. Observationes de particularum usu, 1866. — P. Weber, Die Absichtssätze bei Aristoteles, 1887. — Cf. etiam Bonitz, Über πάθος und πάθημα im Aristotelischen Sprachgebrauche, 5. Heft der aristotelischen Studien. — J. Freudenthal, Über den Begriff des Wortes φαντασία bei Aristoteles, 1863. — J. Zahlfleisch, Über die aristotelischen Begriffe ὑπάρχειν, ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν und ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, 1878. — C. Butzki, De ἕξει Aristotelea, 1881.

) Pansch, De ethicis Nicomacheis etc. p. 37.

) Spengel, Über die unter dem Namen etc. p. 466.

) Nic. I, 1 p. 1094 b 11 λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη· τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργουμένοις. I, 7 p. 1098 a 26 μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρή, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ κ. τ. λ. II, 2 p. 1103 b 34 ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι· κ. τ. λ.

) H. Rassow, Forschungen etc. p. 15.

) Nic. I, 6 p. 1097 b 33; 13 p. 1102 a 32; de anima II, 4 p. 415 a 17.

) De anima II, 2 p. 413 b 23; 3 p. 414 b 4; de somno et vigilia 1 p. 454 b 29.

) E. gr. de anima II, 3 p. 414 b 3—5.

) Zeller, Philosophie der Griechen II $^{2}_{2}$ p. 570.

) De anima p. 415 a 11; III, 5 p. 430 a 17; cf. Zeller p. 572; Cl. Baeumker, des A. Lehre von den äusseren und inneren Sinnesvermögen, Leipzig 1877, p. 7 und Note 2.

) Nic. X, 7 p. 1177 a 16; 22; VII, 14 p. 1153 b 14; X, 7 p. 1177 b 19.

) Nic. X, 5 p. 1175 b 30 οἰκειότεραι δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναὶ τῶν ὀρέξεων· αἱ μὲν γὰρ διωρισμέναι εἰσὶν καὶ τοῖς χρόνοις καὶ τῇ φύσει, αἱ δὲ

*σύνεγγυς ταῖς ἐνεργείαις καὶ ἀδιόριστοι οὕτως ὥστ' ἔχειν ἀμφισβήτησιν εἰ τα- τόν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῇ ἡδονῇ.*

15) Ramsauer ad Nic. X, 4 p. 1174 b 23 quodsi igitur quaeratur quonam sen- ἡ ἡδονὴ censeatur *τελειοῦν*, nec tutum nec rectum erit mente arripere q postea in alia parte quaestionis ἡ ἡδονὴ videtur *συναύξειν τὴν ἡδονὴν* τ *ἐξακριβοῦν*. Neque enim si accuratius distinguas, ea *ἐνέργεια* augetur ve acuitur cuius ipsa ἡδὶ ἡ ἡδονὴ est, sed eiusdem quidem generis *ἐνέργεια* ea quae insequitur.

16) Schleiermacher, Kritik der bisherigen Sittenlehre p. 241.

17) Brandis, Geschichte der Griech.-Röm. Philosophie III p. 149.

18) C. W. Schmidt, l. l. p. 19.

19) Zeller, Phil. der Griechen II, 2 p. 477 Dem Aristoteles ist die Lust vielm . die naturgemässe Vollendung jeder Thätigkeit, das Resultat, welches - der vollkommenen Thätigkeit ebenso unmittelbar gesetzt ist, als die Schö- heit und Gesundheit mit der vollkommenen Beschaffenheit des Körp. nicht ein Werden und eine Bewegung (wie dem Platon), sondern das Z. in dem jede Lebensbewegung zur Ruhe kommt.

20) Ueberweg, Grundriss der Geschichte der Philosophie, I. Teil, Berlin 18? p. 206 Die Lust vollendet die Thätigkeit als das hinzukommende Ziel o vielmehr Endresultat, in welches dieselbe naturgemäss ausläuft und wo. sie zur Ruhe gelangt.

21) De anima II, 2 p. 413 b 21 *καὶ γὰρ αἴσθησιν ἑκάτερον τῶν μερῶν ἔχει καὶ κίνη- τὴν κατὰ τόπον, εἰ δ' αἴσθησιν, καὶ φαντασίαν καὶ ὄρεξιν· ὅπου μὲν γὰρ αἴσθη- καὶ λύπη τε καὶ ἡδονή, ὅπου δὲ ταῦτα, ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐπιθυμία.* — Ib. II, 3 p. 414 *εἰ δὲ τὸ αἰσθητικόν* (sc. *τισὶ ὑπάρχει*), *καὶ τὸ ὀρεκτικόν· ὄρεξις μὲν γὰρ ἐπιθυ- καὶ θυμὸς καὶ βούλησις, τὰ δὲ ζῷα πάντ' ἔχουσι μίαν γε τῶν αἰσθήσεων, τ- ἀφήν· ᾧ δ' αἴσθησις ὑπάρχει, τούτῳ ἡδονή τε καὶ λύπη καὶ τὸ ἡδύ τε κα- λυπηρόν, οἷς δὲ ταῦτα, καὶ ἡ ἐπιθυμία.* — Cf. Baeumker, p. 4. — De som et vigilia 1 p. 454 b 29 *οἷς δ' αἴσθησις ὑπάρχει, καὶ τὸ λυπεῖσθαι καὶ τὸ χα- ρειν· οἷς δὲ ταῦτα, καὶ ἐπιθυμία.*

22) De anima III, 7 p. 431 a 12.

23) Fr. Brentano, Die Psychologie des Aristoteles, p. 50.

24) Metaph. XII, 3 p. 1078 a 36 *τοῦ δὲ καλοῦ μέγιστα εἴδη τάξις καὶ συμμετρία κα- τὸ ὡρισμένον.*

25) De poet. 7 p. 1450 b 36 *τὸ γὰρ καλὸν ἐν μεγέθει καὶ τάξει ἐστί, διὸ οὔτε πα- μικρὸν ἄν τι γένοιτο καλὸν ζῷον (συγχεῖται γὰρ ἡ θεωρία ἐγγὺς τοῦ ἀναισθήτο- χρόνου γινομένη) οὔτε παμμέγεθες· οὐ γὰρ ἅμα ἡ θεωρία γίνεται, ἀλλ' οἴχετα- τοῖς θεωροῦσι τὸ ἓν καὶ τὸ ὅλον ἐκ τῆς θεωρίας, οἷον εἰ μυρίων σταδίων εἰ- ζῷον. ὥστε δεῖ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων ἔχειν μὲν μέγεθος τοῦτο δὲ εὐσύνοπτον εἶναι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μύθων ἔχειν μὲν μῆκος, τοῦτ- δ' εὐμνημόνευτον εἶναι.*

26) De anima III, 4 p. 430 a 3 *ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄνευ ὕλης τὸ αὐτό ἐστι τὸ νοοῦ- καὶ τὸ νοούμενον.*

27) Nic. II, 5 p. 1106 b 16 *λέγω δὲ τὴν ἠθικήν* (sc. *ἀρετήν*)· *αὕτη γάρ ἐστι περ- πάθη καὶ πράξεις, ἐν δὲ τούτοις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον οἷον γὰρ φοβηθῆναι καὶ θαρρῆσαι καὶ ἐπιθυμῆσαι καὶ ὀργισθῆναι καὶ ἐλεῆσα- καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι.*

l) De anima II, 6 p. 417 b 20 (*τοῦ αἰσθάνεσθαι*) *τὰ ποιητικὰ τῆς ἐνεργείας ἔξωθεν, τὸ ὁρατὸν καὶ τὸ ἀκουστόν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν αἰσθητῶν.*

') Ramsauer ad Nic. X, 4 p. 1175 a 11 'Utitur autem Aristoteles h. l. vita tamquam termino medio, per quem *τὸ αἱρετὸν* adiudicetur *τῇ ἐνεργείᾳ* perque illam *τῇ ἡδονῇ*: vitam enim *ἐνέργειαν* esse, suamque cuique vitam quasi suam *ἐνέργειαν* vel id genus *ἐνεργείας* quo delectetur (v. 12 sq.). Itaque qui *τῷ τελειουμένῳ* (*τῇ ἐνεργείᾳ*) addictus est, non potest non etiam *τῷ τελειοῦντι* (*τῇ ἡδονῇ*) addictus esse (v. 15—18).

)) Kaas p. 46 Was also in unsrer Definition (Nic. VII, 13 p. 1153 a 14) ausgesprochen ist, wird hier gradezu als absurd verworfen.

1) Aristoteles, v. Sir Alex. Grant, Übersetzung von I. Imelmann. Berlin 1878 p. 97 Die Lust ist ihm zufolge nicht das Gefühl des Lebenfördernden, vielmehr das Lebensgefühl selbst, das Gefühl der vitalen Kräfte, das Gefühl, dass irgend ein Vermögen seinen eigensten Zweck erfülle.

2) Kaas p. 33. 34 Warum nun die Lust nicht als das Gefühl des Lebenfördernden gelten soll, ist nicht ersichtlich. Es heisst ja doch, dass eine jede Thätigkeit von der entsprechenden Lust befördert wird, und das Leben ist ja Thätigkeit. Dies zeigt sich auch an den verschiedensten Beschäftigungen; andrerseits heisst es ferner, dass die von Fremdartigem kommende Lust die Thätigkeit hemme. Diese Behauptung Grants scheint mir also ungerechtfertigt. — Die Lust als das Lebensgefühl selbst, als das Gefühl der vitalen Kräfte zu bezeichnen, dafür finden sich manche Aussprüche wie: Das Leben gehört zu dem an und für sich Guten und Angenehmen, das Empfinden, dass man lebt, ist an und für sich angenehm und ähnliches. Nun wäre doch zu bemerken, dass Aristoteles, wie wir früher gesehen, einer genaueren Abgränzung von Lust und Leben in ihrem Verhältnis zu einander ausgewichen ist. Ferner hat er die Teile der Seele so abgesondert hingestellt, dass dabei die Einheit des Seelenlebens Schwierigkeiten macht. Wie nun verschiedene Funktionen von den verschiedenen Teilen der Seele angenommen werden, so muss auch die Lust verschieden sein. Das „Lebensgefühl, das Gefühl der vitalen Kräfte" wird also nur für die niedrigsten Funktionen (*ἡ αἰσθητικὴ ψυχή*) zutreffen, denn das moralische Lustgefühl wird schon oft mit demselben in Kampf gerathen.

3) Phys. ausc. VII, 3 p. 247 a 16 *αἱ δ' ἡδοναὶ καὶ αἱ λῦπαι ἀλλοιώσεις τοῦ αἰσθητικοῦ, φανερὸν ὅτι ἀλλοιουμένου τινὸς ἀνάγκη καὶ ταύτας ἀποβάλλειν καὶ λαμβάνειν. ὥσθ' ἡ μὲν γένεσις αὐτῶν μετ' ἀλλοιώσεως, αὐταὶ δ' οὐκ εἰσὶν ἀλλοιώσεις.*

4) Phys. ausc. VII, 3 p. 247 a 9 *αἱ μὲν οὖν ἐν τῇ πράξει* (*ἡδοναὶ*) *κατὰ τὴν αἴσθησίν εἰσιν, ὥσθ' ὑπ' αἰσθητοῦ τινος κινεῖσθαι κ. τ. λ.* v. 13 *ὥστ' ἀνάγκη πᾶσαν τὴν τοιαύτην ἡδονὴν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν γίγνεσθαι.*

5) Nic. II, 2 p. 1104 b 32 *περὶ πόντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθός κατορθωτικός ἐστιν ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικός, μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν. κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζῴοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ· καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται. ἔτι δ ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται. διὸ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν μᾶλλον οἱ δ' ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ.* — III, 14 p. 1119 a 5 *ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ ἧττον ἢ δεῖ χαίροντες οὐ πάνυ γίνονται· οὐ γὰρ ἀνθρωπική ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία· καὶ γὰρ τὰ λοιπὰ ζῷα διακρίνει*

*τὰ βρώματα, καὶ τοῖς μὲν χαίρει τοῖς δ' οὔ· εἰ δέ τῳ μηθέν ἐστιν ἡδὺ μηδ διαφέρει ἕτερον ἑτέρου, πόῤῥω ἂν εἴη τοῦ ἄνθρωπος εἶναι· οὐ τέτευχε δ' τοιοῦτος ὀνόματος διὰ τὸ μὴ πάνυ γίνεσθαι.* — II, 3 p. 1109a14 *οἷον αὐτο μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς.* — II, 2 p. 1104b9 *διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδο νὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα.* — ib. v. 21 *δι' ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται* (sc. *πᾶσαι αἱ ψυχῆς ἕξεις*). — III, 1 p. 1119b8 *ἄπληστος γὰρ ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις καὶ πανταχόθεν τῷ ἀνοήτῳ,* q... buscum conferas X, 1 p. 1172a19 *μάλιστα γὰρ δοκεῖ συνῳκειῶσθαι τῷ γέν ἡμῶν· διὸ παιδεύουσι τοὺς νέους οἰακίζοντες ἡδονῇ καὶ λύπῃ. δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ καὶ μισεῖν ἃ δ' διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου, ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δύναμιν πρὸς ἀ τήν τε καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον· τὰ μὲν γὰρ ἡδέα προαιροῦνται, τὰ δὲ λυπη φεύγουσιν.* — Vide etiam 1105a6 s.

36) Nic. I, 2 p. 1095a20 *περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τί ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι καὶ οὐ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν. οἱ μὲν γὰρ τῶν ἐναργῶν τι κ φανερῶν, οἷον ἡδονὴν ἢ πλοῦτον ἢ τιμήν.* — I, 4 p. 1096b16 *καθ' αὑτὰ ποῖα θείη τις ἂν* (sc. *τὰ ἀγαθά*); *ἢ ὅσα καὶ μονούμενα διώκεται, οἷον φρονεῖν καὶ ὁρᾶν καὶ ἡδοναί τινες καὶ τιμαί; ταῦτα γὰρ εἰ καὶ δι' ἄλλο διώκομεν, ὅμως τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν θείη τις ἄν.* — I, 5 p. 1097b1 *ταύ* (sc. *τὴν εὐδαιμονίαν*) *γὰρ αἱρούμεθα ἀεὶ δι' αὑτὴν καὶ οὐδέποτε δι' ἄλ τιμὴν δὲ καὶ ἡδονὴν καὶ νοῦν καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἱρούμεθα μὲν καὶ δι' αὐ* (*μηθενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἑλοίμεθ' ἂν ἕκαστον αὐτῶν*), *αἱρούμεθα δὲ καὶ τ εὐδαιμονίας χάριν.* — X, 7 p. 1177a22 *οἰόμεθά τε δεῖν ἡδονὴν παραμεμῖχθαι τῇ εὐδαιμονίᾳ.* — III, 14 p. 1119a16; VIII, 5 p. 1157a33; I, 4 p. 1096b23; VIII, 6 p. 1157b15; VIII, 7 p. 1158a22.

37) Nic. II, 2 p. 1104b34; III, 14 p. 1119a7; de part. an. I, 17 p. 661a6; de anim. II, 3 p. 414b3; de somno I p. 454b27.

38) Nic. II, 2 p. 1104b8; v. 27; v. 1105a10 *ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ πολιτικῇ;* ib. 1104b13; phys. ausc. VII, 3 p. 247a7; ib. v. 23.

39) Ramsauer ad Nic. X, 2 p. 1173b11 deinde et id quaerendum erit, num vere nomen *ἡ ἀναπλήρωσις* ad corpus tantum spectet, translationem ferat nullam. Qui enim *τὴν ἐπιθυμίαν ἄπληστον* dixit 1119b8, et ipse *ἐπιθυμίας*, quae profecto in animo est, *πλήρωσιν* quandam statuisse videtur (cf. 1153a2 *ἀνα πληρουμένης τῆς φύσεως*).

40) Brandis, griechisch-römische Philosophie.

41) Fritzschius in prolegomenis ethicorum Eudemiorum p. 186.

42) Ritter, Geschichte der Philosophie, 3. Theil p. 326.

43) Baumgart, Aristoteles, Lessing und Goethe, Leipzig 1877 p. 65.

44) Wiggert, De Aristotelis Ethicorum Nicomacheorum lib. VII c. 12—15 Stargard 1871, p. 11 Eo autem loco, de quo agimus, non habemus voluptatis definitionem accuratam, sed incohatam descriptionem, quam philosophus pro ea, quam Plato et Academici proposuerunt, ad tempus substituit postea diligentius rem explanaturus, id quod lib. X c. 4—5 invenimus.

45) J. Bendixen, Philologus X p. 203 Denn in der Polit. IV, 11 p. 1295a35 lesen wir: *εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται, τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον κ. τ. λ.* Also verglichen mit dem oben herausgehobenen

Abschnitt aus c. 14 und den Worten desselben: *τὴν ἐνέργειαν, ἂν ᾖ ἀνεμπόδιστος, αἱρετωτάτην εἶναι καὶ διὰ τοῦτο τὸν εὐδαίμονα βίον κ. τ. λ.*, zeigt sich die völlige Übereinstimmung eines Citats, welche sich wegen des Wortes *ἀνεμπόδιστος* nach seiner eigenen Bedeutung nur auf diese Stelle beziehen lässt. Und auch, was andere gegen die Bündigkeit eines solchen Zeugnisses sollten Triftiges einwenden können, ist mir nicht recht klar. Denn es handelt sich an dieser Stelle ja um die eigene Erklärung eines Schriftstellers, aufbewahrt in seiner eigenen unzweifelhaft echten Schrift, welcher Erklärung zufolge er damals bereits in einem andern Buche etwas will geschrieben haben, welches wir jetzt wirklich in eben diesem Buche und zwar an einer einzigen Stelle daselbst lesen.

6) G. Kaas, Die Lehre des Aristoteles von der Lust etc. Graz 1878, p. 43 Ferner irrt Bendixen, wenn er meint, Polit. IV 11 könne einzig und allein auf unsere Definition hinweisen. Bonitz führt im Index p. 101 b 23 drei Stellen unsrer Ethik an, nämlich: *η* 14. 1153 b 10, *α* 6. 1098 a 16, *κ* 7. p. 1177 a 12. — Also schon dadurch ist die Kraft der Beweisführung bedeutend abgeschwächt. Es will jedoch scheinen, dass die Stelle aus der Politik gar nicht auf die genannte bezogen werden kann; denn in der Politik ist die Rede von dem glücklichen Leben, an unsrer Stelle aber von der Lust.

7) Ramsauer ad Nic. VII, 13 p. 1153 a 12—17 Quod *τὸ αἰσθητὸν* et *ἡ αἴσθησις* ab hoc genere abesse iubetur, eius erit qui noluerit *τὴν ἡδονὴν* videri inter res sensibus subiectas esse. Neque id mirum in Aristotele; longe enim aliud est *τὰς ἡδονὰς* (et eas quidem *τὰς σωματικὰς*) dixisse *ἀλλοιώσεις τοῦ αἰσθητικοῦ* 247 a 16 s. Quamquam verum est, eidem qui una voce *αἰσθήσεως* maxime diversa significet haud ita multum metuendum fuisse ne in hanc partem errasse videretur. Vide enim Probl. verba 878 b 11 *ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ὁδὸς ἡδύ, ἐὰν ᾖ αἰσθητή*; atque e Nic. I 9 inter alia 1170 b 1. Scilicet in his *αἴσθησις* est perceptio quaedam sui qua nosmetipsos sentimus quales sumus vel qualia agimus. Ita igitur sine dubio dici poterat *αἴσθησίς τις ὅτι ἐνεργοῦμεν ἀνεμποδίστως*. An *ἐνέργεια* quaelibet, a qua hoc genus *αἰσθήσεως* absit, *ἡδονὴν* secum ferat?

8) V. Rose, De Aristotelis librorum ordine et auctoritate commentatio. Berlin 1854. — E. Heitz, Die verlorenen Schriften des Aristoteles. Leipzig 1865.